vna ſpe vocatōnis veſtre. vnus domin⁹
vna fides. vnū baptiſma. Actu.iiij. Erat
illis cor vnū ⁊ aīa vna in dono ſpūs.
ps. Ecce q̄ bonū ⁊ q̄ iocundū habitare
frēs in vnū. Et ſic pȝ totū

De epiſtola Sermo. LV

## Omne datū opti

mū ⁊ omne donū pfectum de/
ſurſum eſt ⁊c. Iaco.j. In hac
epiſtola beatus iacobus inducit nos ad
cognitōem bonoꝝ ⁊ donoꝝ que a dō re/
cepimus. ⁊ p cōſequēs ad dei amorē nos
allicit ⁊ inducit. quia ex quo optima que
q̄ nobis a deo donant̄. ad deū diligēdū
maxime incitamur. quia mūera et dona
recepta incitatiua ⁊ cauſatiua ſunt dile/
ctōnis. Durus eni eſt anim⁹ qui ⁊ ſi no/
lit dilectōem impēdere ſaltē nolit repen/
dere. Nulla autē eſt maior inuitatō ad
amandū vt dicit bernhard⁹. q̄ puenire
amādo. Dū ergo oſtendit q̄ omnia bo/
na ſunt a deo ⁊ ipe hominib⁹ abundan/
ter tribuit ⁊ non improperat. nos valde
ad amorē eius accēdit. Hoc ergo in hac
epiſtola demōſtrare intēdit. In qua qui
dem epiſtola quattuor pncipaliter oſtē/
dunt̄. Primo eni beatus iacobus oſten
dit q̄ omīa bona a deo emanāt. In pnci/
pio eple. Secūdo oſtēdit q̄ hec bona ds
gratis nobis donat ibi. Voluntarie enī
genuit nos verbo vitatis. Tercō ex quo
tot bona nobis donat. eius doctrinā au
dire nobiſ mādat ibi. Sit aūt oīs homo
velox ad audiendū ⁊c. Quarto ad reci/
piendū cū effectu eius verba ſimilit̄ no/
bis imperat ibi. Propter qd abijciētes
omnē immundiciā ⁊ abundantiā ma. in
māſuetudine ſu. inſi. ver. ¶ Primo er/
go oſtēdit q̄ oīa bona nobis a deo ema/
nant. d. Omne datū optimū quātum ad
virtutes ⁊ ſpūſſancti dona. ⁊ omē donū
pfectū, q̄ntū ad bona glīe deſurſū eſt. Op
tima eni que in vita iſta haberi poſſunt.
ſunt virtutes ⁊ ſpūſſancti dona. Sed bo
num pfectū cui nihil deeſt qd deus g̃tis
nobis donat eſt vita eterna. Ro.vj. Gra
tia dei vita eterna. Titū.iij. Nō ex opib⁹
iuſti. que fe. n. ſȝ ſm ſuā mi. ſal. nos fecit.
¶ S ¶ Omne ergo datū optimū ⁊ do
num pfectū a dō eſt. Et hoc poteſt tripli/
citer exponi. ¶ Primo quātū ad ipſas
res in ſeipis cſideratas. Quedā eni ſūt
bona que habēt ſolū eſſe. vt corpora ſu/
periora ⁊ elemēta ⁊ lapides iſta ſunt bo/
na. Quedā habēt viuere ⁊ ſentire. vt ani
malia ⁊ iſta ſunt meliora. Quedā habēt
eſſe viuere ⁊ intelligere. vt homo ⁊ ange
lus ⁊ iſta ſūt optima. quibus deus perfe
ctum donū donauit. ſcȝ vitā beatā q̄ de⁹
eſt. Quia vt dicit phūs Perfectū eſt cui
nihil deeſt. qd ſolū eſt vita beata. Perfe
cta aūt in genere ſuo multa ſunt. Sȝ pfe/
ctum ſimplicit̄ ⁊ bonum nō eſt niſi deus
Math.x. Nemo bonus. id eſt. pfect⁹ ni/
ſi deus. Omīa ergo ſupradicta ſūt a deo
que omīa p ſe ſunt bona. ſȝ ad inuicē or/
dinata ſunt optima. Et ideo de ſingulis
dicit̄ in geneſi.j. Vidit deus q̄ ⁊c. Et po/
ſtea de omnib⁹ ſimul dicit̄. Vidit de⁹ cū/
cta que fecerat ⁊ erant valde bona. Et ſic
pȝ q̄ omīa ſunt a deo. ¶ Secūdo poteſt
exponi quātū ad bona que hominibus
a deo dant̄. Quedā eni ſunt bona vt bo/
na fortune ſcȝ diuitie ⁊ digītates. quedā
ſunt meliora vt bona nature. ſcȝ. ſanitas
fortitudo. ingeniū. ⁊ ſimilia. quedā opti/
ma vt vtutes ⁊ dona ſpūſſancti. Heb.xiij
Optimū eſt gratia ſtabilire cor. Sed glīe
bonū eſt bonū pfectū vt dictū eſt ſupra.
Omīa eni hec bona dant̄ a deo homini
bus. ps. Omīa ſubie. ſub pedibus ei⁹ ⁊c
Quia cum bona fortune ordinētur ad

bona nature ⁊ bona nature ad bona grē
et bona gratie ad bona glorie. ⁊ ea q̄ ſūt
ad finē includūtur in fine. ideo ī dato op
timo ⁊ dono ꝑfecto om̄ia bona intelligū
tur ¶ Tercō poteſt exponi q̄ntū ad ipſū
deū gratis nos ad bonū ꝑducentē. Naʒ
ꝙ deus nos creauit fuit bonū. ſed ꝙ nos
redemit ⁊ in filios ꝑ ſpūſſancti grām ad/
optauit fuit melius. ſʒ ꝙ nos in corpe et
anima letificauit hoc eſt donū optimuʒ.
⁊ donū perfectuʒ. Quia vt dicit auguſti/
nus. Homo eſt creatus vt ꝯgnoſceret de
um ꝑ bonū nature. ⁊ ꝯgnoſcēdo amaret
ꝑ bonū gratie. ⁊ amādo poſſideret ⁊ fru/
eretur ꝑ bonū glorie. Et q̄ donat aliquid
donat om̄ia ſine q̄bus illud haberi non
pōt. ideo ds̄ dādo nobis datū optimū et
donū ꝑfectū .i. ſeipm̄. oīa nobis bona do
nauit. Ro. viij. Quō etiā cuʒ illo nō oīa
nobis donauit. Om̄ia ergo bona ſunt a
deo patre. Recte ergo dicit. Om̄ē datuʒ
optimū ⁊ omne donū ꝑfectū deſurſuʒ eſt
deſcendēs .i. per gradus ꝓcedens. quia ī
collatōne bonoꝝ gradus ſeruant̄. vt di/
ctum eſt. A patre luminuʒ. Pater lumi/
num eſt ipē ds̄. q̄ eſt pater luminis natu
re. ps̄. Signatū eſt ſuꝑ nos lumē vultuſ
tui domine. Item eſt pat̄ lumīs grē. quo
ſedētes in tenebris illuminauit. Eſai. lx.
Surge illuminare hieruſalē q: venit lux
tua ⁊c. Idem. ix. ꝓplus q̄ ambulauit ī tene
bris vidit lucē magnā Itē eſt pater lumi
nis glē. ps̄. In lumine tuo vide. lumē. Et
ne credat̄ ſicut eſt varietas ī bonis crea
tis. ita ſit varietas in deo patre oīm crea
tore. addidit apō quē nō eſt trāſmutatō.
q per idē manēs omīa opat̄. Boetius.
Immobilis ſtabiliſq; manēs dās cūcta
moueri. Malach. iij. Ego dominꝰ et nō
mutor. Nec etiā apō deū eſt viciſſitudīs
obumbratō. vt .ſ. modo det bona modo
mala. Mala enī obumbrāt ⁊ in vmbra
ſunt ⁊ ad vmbras inferni ducūt. Iob. iij

Om̄s enī qui male agit odit lucē. Ma/
thei. xxij. Ligatis manibꝰ ⁊ pedibꝰ mitti
eum in tenebras exteri. Deus ergo nun
q̄m obumbrat̄ ꝑ malū. q: nec maluʒ vult
nec malū opat̄. nec malū infert niſi malū
pene. Amos. iij. Nō eſt malū in ciuitate
qd̄ dominꝰ nō fecerit. Et ſic patet ꝙ inter
bona ꝓ̄ſentis vite nulla optima ſunt niſi
bona grē .ſ. v̓tutes ⁊ bona ſpūſſancti. Et
ꝙ totus mūdus hic errat reputādo bōa
nature ⁊ bona fortune optima bona. bo
na v̓o grē ꝓ nihilo habet. ¶ Probemꝰ
hic ꝙ bona grē ſunt optima bona. q: vt
dicit quidā ſapiens. Ratōnalis nature
vera perfectō eſt vnāquāq; rē tāti exiſti/
mare quāti habēda eſt. Seneca. Maxi/
me neceſſariū eſt ꝑcia rebus imponere
¶ T ¶ ꝙ autē virtutes ⁊ dona ſpūſſan/
cti ſunt bona optima patet ex quattuor.
¶ Primo ex ꝑte dantis q: a ſolo dō dā
tur. Auguſtinus. Uirtus eſt bona qua/
litas mentis. quā deus nobis ſine nobiſ
infundit. Exemplū de papa. qui ſemꝑ ſi/
bi magna reſuat. vt facere cardinales cō
uocare cōſiliū. ⁊ ſimiliter quidaʒ alij do/
mini faciūt. Excellentia ergo virtutuʒ ex
hoc patet. ꝙ eas deus ſibi ſoli reſuat ad
eas hominibꝰ largienduʒ. nec alicui eas
dare cōmiſit. Ephe. ij. Saluati eſtis ꝑ fi/
dem. ⁊ hoc nō ex vobis. dei enim donuʒ
eſt nō ex opibus. Om̄ia vero alia bona
deus creaturis cōmiſit vt ſoli illumina/
re. lune humectare. igni calefacere. terre
fructus ꝓducere. ⁊ ſic de alijs. Iuſtifica/
re aūt impiū qd̄ fit per gratie ⁊ virtutuʒ ī
fuſionem ſolus deus facit Eſa. xliij. Ego
ſum q̄ deleo iniq̄tates tuas ꝓpter me
Secundo idē patet ex loco vnde veniūt
quia de celeſti patria optimo loco Opti
mus aūt locus optima ꝓducit. De celo
aūt veniūt optima bona corꝑalia. vt lux
calor. motus. per que omnia ꝓducūtur.
⁊ cōſeruant̄ in eſſe ⁊ viuunt. Cum igit̄ vt

hic dicit̄ virtutes ⁊ dona de celo veniāt.
meliori loco mundi. ex loco optimo vn-
de veniunt patz eoꝝ ꝑfectō. Exemplū de
emptoribus qui interrogato de loco cre
dunt ſtatim bona eſſe que ibi naſcūtur l'
fiunt. Idem patz de naui venienti de ori
ente ⁊ de vltramarinis ptibus. de qua ꝑ
ſumit̄ ꝙ optimis ſit onuſta ¶ Tercō idē
apparet ex pte perſonaꝝ q̄bus dona ⁊ v̄-
tutes donant̄. quia ſolū ſanctiſ ⁊ filijs di
regis eterni dant̄. Joh. xiiij. Ego rogabo
patrē ⁊ alium paraclitū dabit vobis. in
quo ⁊ cū quo omnes v̄tutes ⁊ dona do-
nant̄. dabit inquit vobis q̇ eſtis a deo in
filios adoptati ⁊ ad regnū eternū electi.
Johā. xv. Ego vos elegi de mūdo. Alia
vero dona dant̄ omnibus ⁊ malis ⁊ bo-
nis. Mathei. v. Qui ſolē ſuuz oriri facit
ſup bonos ⁊ malos Virtutes vero ⁊ do
na ſolū preelectis ad vitā eternā dantur
Mathei. vij. Nolite ſanctū dare canibꝰ
neqꝫ mit. margari. ve. ante por. Purpu-
ra ſuper omēs pānos excedit. quia olim
ſoli reges ipam induere poterāt ⁊ porta
re ¶ Quarto idē patz ex parte ſcripture
que mentiri nō poteſt Nam vetus ⁊ no
uum teſtamentū ⁊ omēs ſancti doctoreſ
perſuadēt ⁊ mandāt vt virtutes ſup om
nia amplectamur. ⁊ bona alia cōtemna-
mus. Mathei. vj. Querite primū regnū
dei ⁊ iuſticiā eius. Col'. iij. Super omnia
caritatē habete. j. Johā. ij. Nolite dilige-
re mundū neqꝫ ea que in mūdo ſūt. Sex
alias ratōnes adhuc idē reqre infra do-
minica. xviij. poſt feſtū trinitatis in ſmo
ne de epiſtola. Et ſic patz pmū ¶ Secun
do oſtendit ꝙ omīa bona deus ḡtis no-
bis dedit ⁊ dat. Et hoc eſt qd̄ dicit. Vo-
luntarie enī. id eſt. gratis genuit nos in fi
lios adoptōnis vt ſcꝫ ſimus heredes bo
noꝝ eius. Quia vt dr̄ ad roma. viij. Si
autē filij ⁊ heredes. heredes quidem dei
coheredes autē xp̄i. ij Petri. j. Per quē

maxima ⁊ precioſa nobis promiſſa do-
nauit. Genuit ergo nos verbo verita-
tis in baptiſmi collatōne. in quo accedit
verbū ad elementū ⁊ fit ſacramentuꝫ. vt
dicit auguſtinus cū dr̄. Ego te baptiſo ī
nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti In hoc
ergo verbo veritatis ſcꝫ qd̄ ipa veritas
inſtituit nos deus generat Nā in baptiſ
mo quedaꝫ ſpūalis generatō celebratur
Et ad hoc ſignificandū ſuper chriſtū ba-
ptiſatum venit verbū dei de celo dicens
Hic eſt filius meus dilectus. mathei. iij.
Hec autē generatō neceſſaria eſt ad ha-
bendum bona dei. Johā. iij. Oportꝫ voſ
naſci denuo. Quia niſi q̇ſ renatus fuerit
ex aqua ⁊ ſpūſſancto nō poteſt intrare re
gnum dei. Titū. iij. ſm miſericordiā ſuaꝫ
ſal. nos fe. ꝑ la. reg. ⁊ reno. ſ. ſ. Iteꝫ genuit
nos verbo veritatis in doctrine ⁊ vite ī-
formatōne. quia multa dixit ⁊ fecit. in q̇-
bus tota vita noſtra ſalubriter informa
tur. Mathe. xj. Diſcite a me quia mitis
ſum ⁊ humilis corde. Johā. xiij. Exēplū
enim dedi vobis vt quēadmodū ego fe-
ci vobis ita ⁊ vos faciatis. Iſtis duobuſ
modis dicit̄ aliquis pater ſpūalis alicu-
ius ſcꝫ in baptiſmi collatōne. et in doctri
ne ⁊ vite informatōne. j. Cor. iiij. In xp̄o
ieſu per euangelium ego vos genui. Et
idem. Gal'. iiij. Filioli mei quos iteꝝ par
turio donec formet̄ chriſtus in vobis Ti
tum. j. Tito dilecto filio ſm cōmunē fidē
que ſcꝫ ī baptiſmo infundit̄. gratia ⁊ pax
Iſtis ergo duobus modis dominꝰ nos
generauit vt eſſemus aliquod initiū cre-
ature dei. id eſt. vt eſſemus initiū gratie
inter homines. Nam creatura dei ⁊ pre
cipue homo eſt ad imaginē dei factuſ. vt
patet gen. j. Propterea dominꝰ nos ge-
nuit verbo veritatis in baptiſmo et do-
ctrina vt ſimus initiū creature eius. id ē.
vt ſimus primicie gratie ſpūſſancti inter
omnes homīes mundi ad habēdū datū

optimū ⁊ donū pfectum.i.bona gratie ⁊
glorie dei. Apostoli enī ⁊ eoꝝ sequaces.
q̄ ꝑ apostolos sunt ꝯuersi.q̄bus tūc iaco
bus loquebat̄.fuerūt p̄micie xp̄i q꞉ p̄mo
fidē ⁊ doctrinā christi ꝑ spūm sanctū rece
perunt. Ro.viij. Nosipsi p̄micias spūs
habētes.glo.tempe ⁊ dignitate.ij. Thes.
ij. Debem⁹ grās agere deo q̄ nos elegit.
p̄micias in salutē in sanctificatōne spūs
Initiare aūt ponit̄ ꝓ dedicare ⁊ ꝯsecrare
⁊ renouare. Per hāc ergo geniturā ini/
tiat nos deus in creaturā nouā.i.ī filios
adoptiuos.ij.Coꝝ.v. Si qua noua crea/
tura in christo.vetera transierūt.ergo in
christo iesu neqꝫ circūcisio aliqua valet.
neqꝫ p̄pucium.sꝫ noua creatura.vt dicit
apostolus gal.vj. Et dicit initiū aliq̄d.q꞉
hic initiamur in p̄te ꝑ grām dei. q꞉ tantū
in aīma.sꝫ in futuro initiabimur in toto
scꝫ per glām aīe ⁊ corpis. Esa.lxj. In terra
sua duplicia possidebūt. Et sic ptꝫ secun
duꝫ ¶ Tercō ex quo tot bona ⁊ talia no/
bis fecit.inducit nos ad eius precepta et
doctrinā solicite audiendū.di. Sit auteꝫ
omnis homo velox ad audiendū scꝫ p̄ce
pta ⁊ doctrinā xp̄i. Inter ceteros enī sen/
sus audit⁹ magis discipline deseruit. vt
dicit phūs. Ecci.vj. Si dilexeris audire
sapiēs eris. Prouer.j. Audiens sapiēs
sapientior erit. Sed ad q̄d audienduꝫ sit
omīs homo velox. Ad audienduꝫ vana
⁊ mala. Certe nō Ecci.xxviij. Sepi.aures
tu.spi.⁊ noli.au.ling.nequā. Quia vt dr̄.
j.Coꝝ.xv. Corrumpūt enī bonos mores
colloq̄a praua. Sꝫ sit velox ad audiēdū
verbū dei doctrinā sanā ⁊ vtilē. Grego/
rius. Nullū adeo euidēs p̄destinatōnis
signū est vt libenter audire verbū dī. Lu
ce.xj. Beati q̄ audiūt verbū dī ⁊ custodi/
unt illud. Sꝫ nō sic est d̄ loq̄la sicut d̄ au
ditu.q꞉ debet esse oīs homo tard⁹ ad lo/
quendū.q꞉ in multiloq̄o peccatū non de
erit.puer.x. Hanc aūt tarditatē ostendit

natura in eo q̄ dedit homī omēs sensus
geminatos.vt duas aures.duos oculos
et sic de alijs.sꝫ solū vnā linguā.⁊ hāc cō/
clusit duplici muro.s.labijs et dentibus.
Propterea petebat ꝓpheta dicēs. Po/
ne domīe custodiā ori meo.et osti. circū
la.me. ¶ ¶ Ubi nota q̄ quattuor in
locutōne obseruare debemus. Prio vt
raro ⁊ paꝝ loquamur. Ecci.xix. Est tacēs
⁊ ip̄e est prudēs. Et infra.xx. Qui autē p
cax est ad loquendū odibilis erit. Sene/
ca. Tardiloquū te esse iubeo ⁊ ꝓpe erit ti
bi deus. Secūdo vt horā apti tp̄is obser
uemus Ecci.xx. Est tacēs nō habēs sensū
loquele.et est tacēs sciens temp⁹ apti tē/
poris.prouer.xxv. Mala aurea ī lectis
argenteis q̄ loquit̄ verbuꝫ in tempe suo.
Ecci.xx. Ex ore fatui reprobabit̄ parabo
la.nō enī dicit illā in tp̄e suo Tercō vt dū
loq̄mur.bona et vtilia loquamur.j. Pe
tri.iiij. Si q̄s loquit̄ quasi sermones dei
Esa.xlvj. Ego domin⁹ deus tuus docēs
te vtilia Quarto vt v̄e et nō ficte et adu/
latorie loquamur Prouer.viij. Verita
tem meditabit̄ guttur meū et labia mea
detestabunt̄ impium. In eodē.xxix Qui
blandis fictisqꝫ s̄monibus loquit̄ amico
suo rete expandit gressibus eius Esa.iij.
Popule meus qui beatū te dicūt.ipsi te
decipiūt. Gregorius sup illo v̄bo luce.ix
Sine mortuos sepelire mortuos suos.
Tunc mortui mortuos sepeliūt.quādo
peccatores fauorib⁹ peccatores premūt
Similiter sicut homo tardus debꝫ eē ad
loquendū.ita tardus debꝫ esse ad irā. ne
tam de facili irascat̄.imo nunq̄ꝫ si possibi
le est nisi sit ira ꝑ zelū.vt q̄ndo irascimur
malis et peccatis hominū et nō homini/
bus.ps. Irascimini ⁊ nolite peccare Au
gustinus. Sic diligendi sunt homies.vt
nō diligant̄ eoꝝ errores sꝫ odiant̄. Aliud
est enī odisse q̄d faciūt.et aliud odisse q̄d
facti sunt. Sic irascit̄ pat̄ filio. Sic irat⁹

eſt phinees cõtra ſambri ⁊ ſcortū madia/
nitez. quãdo intrauit lupanar ⁊ arrepto
pugione perfodit ambos in locis genita
libus. Numeri. xxv. Sic chriſtus ꝓ talez
zelum iratus eſt. quãdo facto flagello ꝺ
funiculis eiecit ementes ⁊ vendẽtes ꝺ tẽ
plo. Johã. ij. Unde ibi ſequit̃ ꝙ diſcipuli
recordati ſunt q: ſcriptum eſt. Zelus do
mus tue comedit me. Et quare iraſci nõ
debemus aſſignat ratõnem dicens. Ira
eñi viri iuſticiã dei non opatur. Ira viri
ꝺ: q̃ iraſcimur hominibus ſiue deo ſiue
dyabolo ſiue nobiſmetipĩs. Talis ira ẽ
vnũ de ſeptẽ capitalibus vicijs. ⁊ poteſt
eſſe mortale vel veniale peccatũ Nam ſi
ira eſt leuis vel ꝓuenit iudicium ratõniſ
⁊ cito tranſit peccatũ veniale eſt. Si enĩz
ſit fortis ira ⁊ a rõne deliberata ⁊ perma
net. ⁊ eſt ꝯtra ꝓximũ eius. mortale pecca/
tum eſt. ⁊ ideo iuſticiã dei nõ operat̃ ſed
iniuſticiã. Sʒ ira ꝓ zelũ meret̃. Naʒ phi/
nees ꝓ zelum ipĩus ire meruit ſacerdoti/
um ſempiternũ ⁊ placauit iraʒ dei. vt ptʒ
ibidem. Et ſic patʒ terciũ. ¶ Quarto in/
ducit nos ad dei verbũ ⁊ doctrinã cũ ef/
fectu recipiendũ dicens Propter qꝺ ab
ijcientes omnẽ immundiciã ⁊ abundan
tiam malicie. Et q: verbũ dei eſt totũ ſan
ctum ⁊ purũ. ideo oportet nos eſſe mun/
dos ad audiendũ ipm̃ ⁊ recipiendum. q:
vt ꝺ: ſap. j. Non ha. in cor. ſub. peccatis
Hiere. iiij. Nouate vobis nouale ⁊ noli
te ſerere inter ſpinas. Et ideo oportʒ noſ
omnẽ immundiciã deponere quãtuʒ ad
peccata carnalia. ⁊ abundantẽ maliciaʒ
quantuʒ ad peccata ſpũalia. q: peccata
carnalia magis ſunt immunda q̃ʒ ſpũa/
lia. ſed ſpũalia maioris ponderis extant
Uel omnẽ immunditiã dicit quãtuʒ ad
peccata ꝓpria que immundã faciũt ani/
mã ⁊ deformẽ. abundantiã autẽ malicie
dicit quãtũ ad peccata que cõtra deuʒ et
ꝓximũ directe cõmittunt̃. Tunc eñi mali

cia abundamus quando eã vſqʒ ad pro/
ximũ extendimus. vel in deũ directe pec
camus. Sic ergo mundati a peccatis in
manſuetudine ⁊ tranq̃llitate mentis de/
bemus inſituʒ verbũ recipere. id eſt. chri
ſtum qui eſt inſitũ verbuʒ humane natu
re. ſicut ſurculus preelectus trunco ſilue
ſtri. Johã. j. Uerbũ caro factum eſt ⁊ ha/
bitabit in nobis. Qui truncus ante ama
ros fructus ferebat. Nam antequã ver/
bum dei humane nature inſereret̃. nõ ꝓ/
ducebat fructus dignos penitẽtie. ſʒ per
inſertõem tranſlata eſt in deũ ſicut tranſ
fertur truncus in naturaʒ ſurculi. et fecit
fructus dulciſſimos in vitã eternã ducẽ/
tes Johã. xij. Ego ſi exaltatus fuero a ter
ra omnia traham ad meipm̃. j. Johã. iij.
Nos ſcimus quoniã tranſlati ſumus ꝺ
morte ad vitã. Hoc ergo verbũ ſic inſitũ
⁊ vnitum nobis. debemus deuote per fi
dem ⁊ amorẽ ſuſcipere interius in corde
⁊ exterius in corpe. vt referamus fructuſ
ei cõuenientes ſicut in eum tranſlati ſu/
mus. Uel ſuſcipite inſitũ verbũ. id eſt. vꝰ/
bum euangelij ꝑdicatũ vobis a nobis ꝺ
inſito verbo dei. id eſt. de verbo dei ĩcar
nato. quod verbũ eſt inſitũ cordi noſtro
ſicut ramus trunco qui cõuertit truncũ
in naturã ſui. Sicut enim truncus ante/
q̃ʒ inſerat̃ ei ramus facit fructus aſperoſ
⁊ amaros aptos ſoluʒ porcis. ſic homo
antequã recipiat verbũ dei in corde. facit
opera aſpera ſolum demonibus apta. ſʒ
poſtquã verbũ dei inſertũ fuerit mẽti eiꝰ
per amorẽ ⁊ fidẽ facit fructus dignoſ pe
nitentie. ⁊ eſt arbor dei in medio paradi
ſi afferens fructus duodecim. id eſt. duo
decim opera miſericordie. vt dicit̃ apoc.
xxij. Debet ergo verbuʒ dei eſſe inſitum
cordi noſtro vt ramus veteris cõuerſa/
tionis abſcidat̃ a trunco cordis. ⁊ nouuſ
inſerat̃ qui renouet̃ de die in diẽ. Ro. xi.
Tu autẽ cuʒ oleaſter eſſes inſertus es in

bonam oliuā. id eſt. in bonā gratiā et mi-
ſericordiā. Verbū ergo dei pure et deuo
te acceptū poteſt cum effectu animas no
ſtras ſaluare. quia ipas quotidie ſaluat
⁊ ab omni morte liberat. Johan. viij. Si
q̇s ſermonē meū ſeruauerit mortē non
guſtabit in eternū. Actuū. xiij. Vobis q̇
ti. de. verbū ſalutis miſſum eſt. Dicit au
tem poteſt. ne libertas arbitrij excludat.
quia nō ſaluat niſi volētes. Et ideo ver-
bum dei poteſt nos ſaluare ſi et conſenti
mus. alias penitus nō ſaluat Heb. v. Fa
ctus eſt omnib⁹ opantib⁹ ſibi cā ſalutis
eterne. Et ſic patȝ quartū

¶ Dominica quarta de euāgelio
¶ Sermo. ¶ LVI.

Amen amen di-
co vobis ſi q̇d petieritiſ patrē
in nomīe meo dabit vobis. Johā. xvi. q̄
xp̄c inq̄ātū homo eſt aduocatus homi
num apud patrē in curia celi. vt dicit. j.
Johā. ij. Aduocatū habemus apd̄ patrē
ieſum xp̄m iuſtū. Qui quādo hec verba
dixit poſt cenā in die iouis ſtatim ⁊ i bre-
ui erat ab apoſtolis receſſurus ⁊ ad curi
am patris iturus. Jdeo in verbis p̄miſ-
ſis docet xp̄c apoſtolos ⁊ inducit ad pe-
tendum ⁊ formandū petitōnes ſuas ad
patrē Petite inquiens. Que pabola eſt
tempis inſtantis. Quia ſm̄ repſentatōȝ
eccleſie aduocatus ⁊ frater noſter xp̄c. in
breui eſt iturus ad celū. vbi facta noſtra
examinanť ⁊ iudicanť ⁊ vnde nobis om
nia bona puenīūt. Jaco. j. Omne datuȝ
optimū ⁊ omne donū perfectū deſurſuȝ
eſt. Et ideo chriſtus in verbis premiſſis
in perſona apoſtoloꝝ nos hortať et do-
cet petitōnes noſtras formare. q̄ ip̄e caſ
eſt patri fideliter porrecturus. ac etiā af-
fectui mādaturus. Vnde ait. Amē amē
dico vobis ꝛc. petite ⁊ accipietis. Jn q̇b⁹
verbis quattuor ptinenť. Primo diuīa

largitaſ demonſtrať ⁊ noſtra negligētia
redarguit. quia inuitat nos ad petendū
⁊ omīa dare pmittit Jn pncipio euange
lij. Secūdo tempus claritatis ⁊ obſcuri
tas circa xp̄i opa inſinuať. ibi. Hec in p-
uerbijs locutus ſuȝ vobis. venit hora cū
iam nō in puer. lo. vo. Tercō magna vir
tus perfecte oratōnis innuiť. ibi. Et non
dico vobiſ q̄ ego patrē rogabo d̄ vobiſ
Quarto apoſtoloꝝ intelligētia fuiſſe ere
cta ad xp̄m declarať ibi. Ecce nunc palā
lo. ⁊ puer. nul. di. nūc cog. quia ſcis om-
nia. ¶ X ¶ Primo ergo diuina largi-
tas demōſtrať que patet quātū ad quat
tuor ¶ Primo q̄ iurat omīa petita lar
giri. vt petere non debeamus dubitare.
Amē amē inquit. qui eſt modus iurādi
in nouo teſtamēto. Jn veteri teſtamēto
iurabat deus p ſeip̄m. Gen. xxij Per me
metip̄m iuraui dicit dominus. Gal. vj.
Abrae nāqȝ promittēs deus cū nō habe
ret maiorē per quē iuraret p ſemetipſuȝ
iurauit ¶ Secūdo quia docet vnā rem
in qua ⁊ p quā omīa bona nobis donan
tur. ſ. nomen ieſu xp̄i vt faciliter impetre-
mus. Si q̇d inquit petieritis patrē ī no-
mine meo ꝛc. ps. Jn nomīe dei noſtri iuo
cabimus. Actu. iiij. Nō eſt aliud nomē
ſub celo datum hominib⁹ in quo opor-
teat nos ſaluos fieri Propter q̇d d̄ eſa.
xxvj. Domine nomen tuū ⁊ memoriale
tuū in deſiderio aīme. Tercō q̄ inuitat ⁊
inſtigat ad petēdum vt nō verecūdemur
Petite inq̇t. Homīes diuites q̄ſtuarioſ
fugere ſolēt. Sed xp̄c inuitat. Math. xj.
Venite ad me oēs q̇ laboratis et onera-
ti ꝛc. Joh. vij. Stabat ieſus et clamabat.
ſi q̇s ſitit veniat ad me et bibat. Apoc. iij
Ego ſto ad hoſtiū et pulſo. ſi q̇s aperue-
rit mihi intrabo ad illū. ſup. portans me
cum omīa bona Ad ro. viij. Quō nō eti-
am cū illo omīa nobis donauit. Quar-
to quia optima bona pmittit. ſ. gaudiuȝ

plenū vt libenter petamus. Petite inq̄t
⁊ accipietis vt gaudiū veſtꝝ ſit plenuꝫ. ij
pe. j. Per quē maxima ⁊ p̄cioſa ꝓmiſſa
nobis donauit. Homīes mūdi dāt pau⸗
peribus ſolū peiora vt panē ⁊ vinū ⁊ ve
ſtes fractas ⁊ oīa putrefacta. Sic cayn.
obtulit deo quecūqꝫ peiora ⁊ abel melio
ra. Et iō reſpexit deus ad abel ⁊ ad mūe⸗
ra eius. ad cayn aūt ⁊ ad munera eiꝰ nō
reſpexit gen. iiij. Quia talia data deꝰ mo
dicū acceptat. Sꝫ deus dat optima. qꝛ vt
dicit bern. Animā ad imaginē ſuaꝫ crea⸗
uit. angelos ad noſtꝝ ſeruitiū deputauit
grām ⁊ v̄tutes ad merendū vitā eternaꝫ
nobis donauit. filiū ſuū ad nos liberan⸗
dum ⁊ redimendū nobis trāſmiſit. celuꝫ
⁊ glāꝫ ſuā nobis p̄parauit. corpa noſtra
putrefacta glorioſa reſuſcitabit. Ecce op
tima ⁊ inenarrabilia bona. Hic cadit ex
empluꝫ de alexandro q̄ petitus vt daret
vnā domū dedit ciuitatem. In centuplo
plus facit xp̄c. Eſa. lxiiij. Oculus non vi⸗
dit nec auriſ audiuit abſqꝫ te. q̄ p̄paraſti
diligētibus te. Propter qḋ admirat̄ Da
uid. d. Quid eſt hō q̄ memor es eius ⁊c̄.
Gloria ⁊ honore coronaſti eū dn̄e. ⁊ cō.
e. ſu. opa ma. tu. omīa ſub. ſub pedi. eius.
Et ſic diuina largitas pꝫ ex quattuor pro
pter q̄ omīa noſtra negligentia eſt valde
redarguenda. Aug̃. Erubeſcat humana
pigricia. plus vult ille dare q̄ꝫ nos acci⸗
pere. plus vult miſereri q̄ꝫ nos a miſeria
liberari. Debemꝰ ergo orando petere. et
petēdo orare Cariſſimi hec dies honi nū
cij eſt. in qua dr̄. Petite ⁊ accipietis O ſi
diceret̄ mortuis hoc verbū quale gaudi
um haberēt. ſꝫ eis nō dr̄. Añ ille diues iā
ſunt plus q̄ꝫ mille anni q̄ petijt guttam
aque ⁊ adhuc nō habuit. Et iō nō effugi
emus iudiciū dei. ſi tantā neglexerimꝰ ſa
lutē. vt dicit apl̄us heb. ij. Que negligen
tia magis aggrauat̄. ſi ꝯſideremus q̄ ſu⸗
mus in multis miſerijs ⁊ p̄iculis ꝯſtitu⸗
ti. Apo. iij. Neſcis q̄ tu es miſer ⁊ miſera
bilis ⁊ paup̱ ⁊ cecus ⁊ nudus. Et idō ne
ceſſe habemus nō ſolū orando petere. ſꝫ
clamare. j. Mach. iiij. Et nūc clamemus
in celū ⁊ miſerebit̄ noſtri deus noſter
¶ Y ¶ Tria eni ſolēt homī eſſe occaſio
clamādi. ſ. ignis. aqua. ⁊ hoſtes. Hec tria
omni die nos incitant ad clamandū Nā
ignis carnalis ꝯcupiſcētie ſemp̱ nos cō⸗
burit. Roꝝ. vij. Video aliā legē in mem
bris meis repug. le. mē. mee ⁊ captiuantē
me in lege miſerie ⁊ pcti. Job. xxxj. Ignis
eſt vſqꝫ ad ꝯſummatōem deuorans Aq̄
tribulationū vndiqꝫ nos circūdant. ps.
Saluū me fac domīe quoniam intraue⸗
runt aque vſqꝫ ad animā meā. Infix. ſuꝫ
in li. p̱fun. Et ſequit̄ Laboraui cla. ra. fac.
ſunt fa. me. Gregorius. Peſtilentias ſi⸗
ne ceſſatōne patimur. ij. Coꝝ. xj. Pericu
lis flu. p̄icu. la. p̄i. ex ge. p̄i. ex gen. ⁊c̄ Pro
pter que omīa dicit ſalomon eccl̄s. iiij. et
laudaui magis mor. q̄ꝫ viuētes. Iteꝫ ho⸗
ſtis infernalis quotidie nos inſequitur
j. Pe. v. Aduerſarius veſter dyabolus
tanq̄ꝫ leo rugiens cir. que. quē devorꝫ ⁊c̄
Clamamꝰ ergo fortiſſime. Eſa. lviij. Cla⸗
ma ne ceſſes. qꝛ non ceſſant q̄ te infeſtant
cum vero ceſſauerint ſile ¶ In fine iſtiꝰ
mēbri nota duo circa oratōeꝫ ſcꝫ quomo
do ſit orandū. ⁊ que impediūt oratōeꝫ ex
audiri. ¶ Z ¶ Circa p̄mū nota q̄ deceꝫ
condicōes debet habere p̱fecta oratō ¶
Primo eni oratō debꝫ fieri cum fiducia
impetrandi. Jaco. j. Poſtulet autē ī fide
nihil heſitans. Fides eni multū facit ad
impetrandū. Marci. ix. Si potes crede
re. omīa poſſibilia ſunt credēti. Mathei
viij. Vade ⁊ ſicut credidiſti fiat tibi. ¶
Secūdo debet fieri cū reuerentia. Eccli.
xxxij. Pro reuerentia accedet tibi bona
gratia. Auguſtinuſ. Citius exaudit̄ vna
oratō obediētis q̄ꝫ decē milia ꝯtemnētiſ
Sic reuerent̄ orabat chananea q̄ venieſ

adoꝛabat xp̄m. Math. xv. ꝛ ideo fuit exaudita. Sic reuerēter petebat ille terci⁹ q̇nquagenari⁹ helye vt nō deſpicerꝫ animā ſuā ꝛ ideo nō fuit cōbuſtus ſicut alij duo. iiij. re. i. Nota hic ꝙ quidā ſunt ſicut milites pilati q̇ genuflectebant ꝛ pcutiebant xp̄m. ſic multi genuflectūt ꝛ pcutiūt xp̄m in peccatis ſuis imo crucifigunt vt dicit aplus ad hebre. vj. Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiū dei ꝛ oſtētui habentes ¶ Tercō debꝫ eſſe decēs vt petat decētia a deo. Auguſtin⁹ Oꝛatō eſt petitio decentiū a deo Ja. iiij. Petite ꝛ nō accipietis eo ꝙ male petatis. Mater filioꝝ zebedei nō fuit exaudita eo ꝙ petiuit indecenť. qꝛ ex parentela voluit filijs regnū dei dari. Mathei. xx. Neſcitis q̇d petatis. Ubi nota ſm aug̃. tria ſūt genera bonoꝝ. ſ. infima. media. ꝛ ſupma. Infima ſunt bona nature ꝛ fortune q̄ ſūt bonis ꝛ malis cōmunia. Hec nō debemus ſimpliciter a dō petere. ſꝫ ſub ꝯdicōe ſcꝫ ſi expediāt ꝛ pſint. Aug̃. Si tpalia petitis cum modo petite ꝛ cū timoꝛe. ꝛ illi ꝯmittite vt ſi pſint det. ſi aūt ſcit obeſſe nō det Quid aūt pſit ꝛ obſit medic⁹ ſcit ꝛ non egrotus. Hec etiā debem⁹ cū moderamine petere puer. xxx. Diui. ꝛ paup. ne. de. mi. ſed tā. vic. m. tri. ne. Math. vi. Panē noſtꝛ quotidianū da nobis hodie. i. thi. vj. Habētes alimēta ꝛ q̇. te. his cōtenti ſimus Media ſunt bona grē. ſcꝫ. v̓tutes ꝛ dona ſpūſſancti que ſoliꝫ bonis inſunt Hec debemus ſimplicitē ꝛ feruenť petere Lu. xj. Petite ꝛ dabiť vobis. q̄rite ꝛ inuenietis. pulſate ꝛ apieť vobis. Suprema ſunt bona glē. Hec tanq̄ꝫ finē omniū petere debem⁹. ꝛ tanq̄ꝫ pfectū bonū Jo. xvj Petite vt gaudiū veſtꝛ ſit plenū. Ber. Reuera illud eſt plenū ꝛ pfectū gaudiū. qḋ nō de creatura ſꝫ de creatoꝛe cōcipiť. qḋ cū poſſideris nemo tollit a te. cui oīs aliunde iocūditas ꝯpata meroꝛ eſt omnis ſuauitas doloꝛ. ꝛ omne dulce amaꝝ ꝛ omne decoꝝ fedū ¶ Quarto debꝫ eſſe humilis ꝛ deuota. Ecci. xxxv. Oꝛō humiliantis ſe nubes penetrat. Exemplum ď publicano q̇ iuſtificatus eſt qꝛ humiliteꝛ oꝛauit. Hec humilitas magis attēditur. quādo oꝛās nō cōfidit de meritis ſuis ſꝫ in v̓tute xp̄i ſe credit obtinere. Et hoc eſt qḋ hic dꝛ. Si qḋ pa petieritis in no meo ꝛc. Et ideo etiā in fine omniū oꝛatōnum ſtatuit eccīa dicendū p dn̄m noſtꝝ ieſuꝫ xp̄m ¶ Quinto debꝫ eſſe pſicua oꝛanti. aliter nō exaudireť. Luce. xj. Si vos cuꝫ ſitis mali noſtis bōa data dare filijs veſtris. quantomagis pater veſter celeſtis dabit ſpūm bonū petētibus ſe Exēplum de paulo quē chꝛiſtus nō exaudiuit pro ſtimulo auferēdo. quia nō petebat proficuum ſibi. Et hoc eſt qḋ hic dꝛ. Si quid pe. pa. in noīe meo dabit vobiſ. Auguſtinus. Nō petiť in nomīe ſaluatoꝛis quid q̇d cōtra ſalutē petiť. Qui in nomīe eius petit ꝛ ſi nō ꝯtra ſalutē petit accipit quādo debet accipe. Quedā enī nō neganť. ſꝫ vt ꝯgruo denť tpe differuntur. Beda. Apoſtolus nō in nomīe ſaluatoꝛis petiit vt temptatōne careret. quā ob cuſtodiam humilitatis accepat. Si enim hac caruiſſet ſaluus eſſe nō potuiſſet ¶ Sexto debet eſſe digna vt oꝛans ſit dignus recipere vtpote amicus dei. Quia vt di. gregoꝛius. Cuꝫ iſ q̇ diſplicet ad interpellādum mittiť irati iudicis anim⁹ ad deterioꝛa pꝛuocať. Exemplū de moyſe cui oꝛanti p peccato totius pp̄li. domin⁹ dixit. Et ex hoc ſuſcipiaꝫ p̄ces tuas. te enī noui ex nomīe. id eſt. ex ſpēali amicicia Hec autē dignitas in duob⁹ attendiť. ſcꝫ vt oꝛans dimittat peccata. ꝛ obediat deo. Quātū ad pmū yſidoꝛus. Sicut nullum pficit in vulnere medicamentū ſi adhuc inuolutū ferrū ſit. ſic nihil pficit oꝛatō ipi⁹ cuius adhuc peccatū in mēte vel odiū ma/

net in pectore. Ecci. xxxvi. Unus orãs et vnus maledicẽs cuiꝰ vocẽ exaudiet dominus. ¶ Quantũ ad ſecundũ gre. Quid mirũ ſi poſtulantes a domĩo tarde exaudiunt. q̃ precipientẽ dominuz tarde aut nullo modo audiũt. puer. xxviij. Qui d'clinat aurẽ ſuã ne audiat legẽ. oratõ eiuſ erit execrabilis ¶ Septimo debet eẽ ordinata ſcz vt pͥmũ petant̃ celeſtia ⁊ ſpũalia. deinde terrena ⁊ corpalia. Math. vij Querite pͥmũ regnũ dei ⁊ iuſticiaz eius. Hic cadit exemplũ illius mularij. q omi mane petebat tria ſcz ſanitatẽ in ſe ⁊ conſeruatõem in mulis. ⁊ bonũ tpus. ⁊ p hiſ dicebat omni die ter pater noſter. ſic multi faciũt qui ſolũ tempalia petũt. Joh. iiij Da mihi domĩe hãc aquã vt nõ ſitiam. neqȝ veniã huc haurire Sic chriſtus docuit ordinate orare vt pater noſter. In q̊ omniũ pͥmo petit̃ ſanctitas ⁊ regnuz dei Math. vj. Sanctificet̃ nomẽ tuuz adueniat regnũ tuum ¶ Octauo debz eẽ breuis. Math. vj. Cum oratis nolite multũ loqui ſicut ethnici faciũt. putant enim ꝙ in multiloquio ſuo exaudiant̃ Sic autẽ dicetis. Pater noſter q̃ es in celis. In q̊ ſeptem petunt̃ ⁊ dicunt̃ ¶ Nono dz eſſe cum attentõne cordis. Quidã eni dicũt ſolum labijs ſz minime corde. Eſaie. xxix Populus hic labijs me honorat cor ãt illoꝝ longe eſt a me. Iohã. iiij. Ueri adoratores adorabũt patrẽ in ſpũ. Gregorius Si eternã vitã ore petimus nõ tamẽ corde deſideramꝰ. clamantes tacemus ⁊ ecõuerſo ſi corde petimus ſilẽtes clamamus. Exemplũ de moyſe cui dominꝰ dixit. qd clamas ad me moyſes cum tñ moyſes ſileret. exod. xiiij. Multi dicũt tota die. deus in adiutoriũ meũ intende. ⁊ glĩa patri. ⁊ nihil attendũt Figura habet̃ gen. xv. vbi dr̃ ꝙ abrahã abiegebat aues a ſacrificio. Aues ſunt demones. q̃ orãtes faciunt mala ⁊ vana cogitare. q̃ deuorant ſacrificiũ oratõnis. vt non referat fructum ⁊ ideo debent fugari. ¶ Decimo debet eſſe continua ⁊ cum perſeuerantia. Luce xviij Oportet ſemper orare ⁊ non deficere. Auguſtinus. Bonum deſideriũ oratio eſt. ⁊ ſi continuũ eſt deſideriũ. ꝯtinua eſt et oratõ. Juſtus nunquã deſinit orare niſi deſinat eſſe iuſtus. Semper orat. qui ſemper bene facit. Luce. xj. Si perſeuerauerit pulſans dabit ei quoquot habet neceſſarios. In cuius figura mandatum eſt in lege ꝙ ſemper cauda animaliſ deberet poni in ſacrificõ. Eccl's. vij. Melior eſt finis oratõnis q̃z principiũ. Quidam ſunt ſicut chimera que habet caput leonis. medium capre. ⁊ caudã ſerpentis quia feruenter incipiunt. tepide mediãt. ⁊ in fine ita frigeſcunt ꝙ non audent caput leuare. Et ſic patet que requirantur ad verã oratõem. Hec omnia notant̃ in hoc quod dicit. Dabit vobis ſcz apoſtolis ⁊ eoꝝ ſequacibuſ. qui omnia ſupradicta decez perfecte habuerunt. ⁊ ideo omnia impetrarunt. Et per hec eadẽ patet. quare oratõ frequenter non exauditur. quia ſcz deficiunt ſupradicte condicõneſ Oſee. xiij. Dabo eis regẽ in furore meo. Auguſtinus. Exaudit̃ dyabolus petẽs iob ad temptandũ ⁊ non exauditur apoſtolus petens ſtimulum amoueri. Exaudiuit quem diſpoſuerat damnare. et non exaudiuit quẽ diſpoſuerat ſaluare. Et ſit patet prima ¶ Secũdo tempꝰ obſcuritatis et claritatis circa opa chriſti inſinuat̃ cũ dicit̃. Hec in ꝓuerbijs locutꝰ ſum vobis. venit hora ꝛc. que obſcuritaſ ⁊ claritas põt quadrupliciter cõſiderari ¶ A ¶ Primo ꝯſiderãdo vetus teſtamentũ ⁊ nouũ. q2 in veteri teſtamẽto omnia opa xpi fuere p̃figurata ĩ quadã nube et caligine. vt patz ĩ agno ⁊ hedo. exo. x. et in duobus hircis q̊ꝝ vnus debebat occidi et aliꝰ emitti in deſertũ. Leuit. xvj.

Et ſimiliter ī vacca ruſa que debebat oc/
cidi extra caſtra ⁊ ibi cōburi ⁊ cineres d/
bebant mitti in aquā luſtratōnis q̄ ſpar
gebant̄ immundi. Nūeri. xix. Et ſimilit̄ ī
ſerpente eneo quē dominus mandauit
ſuſpendi in palo. In eodē. xx. j. Co. x. Om
nia in figura ꝯtingebant illis. Hebreo. x.
Umbrā enī habēs lex nō ipam imaginē
rerum. Et ad hoc ſignificandū per totuꝫ
tempus in quo filij iſrael fuerūt in deſer
to nunq̄ꝫ defuit eis columna nubis per
diē. Exo. xiij. Et ſimiliter quādo templū
fuit dedicatū. impletum eſt nebula. iij. re.
viij. Similiter oīa dicta de xp̄o in veteri
teſtamento erant velata ⁊ quaſi prouer
bia. vt dicit baſilius. aliter ſunt accipen/
da hic ꝓuerbia. ⁊ aliter apud ſeculares.
apud quos ꝓuerbiū dr̄ probatū verbuꝫ
qd̄ ab omnibus intelligit̄. hic autēꝫ dicit̄
ꝓuerbiū obſcurum verbū. Unde hec in
ꝓuerbijs locutus ſum vobis. id eſt. in ob
ſcuritate ⁊ in enigmate. Baſilius. Pro
uerbioꝝ nomē habere in vulgaribꝰ ver
bis conſuetudo hominū ſolet. id eſt. ea q̄
ex traditōne antiqua tradunt̄. Sed hec
vulgi opinio eſt ⁊ ꝯmunis. Nobis autē
prouerbiū eſt ſermo habēs aliquid vtili
tatis in aperto. plurimū autē ſenſum cō/
tegens in occulto. Auguſtinus. Quod
intelligenti eſt verbū non intelligenti eſt
prouerbiū. Et ſm̄ hunc modū omnia di
cta de chriſto in veteri teſtamēto erant q̄
ſi prouerbia. nobis aūt ſunt verba ⁊ luce
clarius manifeſta. Et hoc ad ſignanduꝫ
in morte xp̄i velū templi ſciſſuꝫ eſt ī duo.
a ſummo vſq̄ꝫ deorſum. Iohā. xiiij. Ego
palam locutus ſum mundo ⁊ in occulto
locutus ſum nihil. Et hoc eſt quod dicit
Uenit hora cū iam nō in prouerbijs lo/
quar vobis. ſꝫ palā de patre meo annun
ciabo vobis ¶Secūdo poteſt cōſidera
ri cōparando homineꝫ ī ſtatu peccati ad
hominē in ſtatu grē. ⁊ ſpūalis reſurrectō
nis. Homini ei exiſtenti in peccatis om/
nia dicta ⁊ facta xp̄i ſunt prouerbia. id ē.
obſcura ⁊ tenebroſa. Ephe. iiij. Tenebris
obſcuratū habentes intellectū alienati a
via dei. ij. pe. j. Cui hec preſto nō ſunt ce/
cus eſt ⁊ manu temptās ⁊c̄. Que omnia
homini exiſtēti in gratia ſunt clara ⁊ ma
nifeſta. Auguſtinus. Oculis egris odi/
oſa lux eſt que puris eſt amabilis. Eph.
v. Fuiſtis enī aliquādo tenebre nūc autē
lux in domino. Spiritusſanctus eniꝫ re/
uelat miſteria dei. j. Coꝝ. ij. Spiritus au
tem ſcrutatur omnia etiā profunda dei.
Gregorius. Sancti inquātū vnum ſunt
cū domino ſenſum domini nō ignorant.
j. Iohā. v. Dedit nobis ſenſum vt ꝯgno
ſcamus deū veꝝ. Unde ponit exempluꝫ
grego. de radio ſolis tranſeūte ꝑ domuꝫ
qui facit minimos pilos videri. Simile
eſt de ſpūſancto exiſtenti in anima. Hoc
fuit figuratum in columna ignis filioꝝ
iſrael. Columna ignis erat filijs iſrael lu
cida ⁊ egiptijs tenebroſa. Et hoc ē qd̄ di/
citur. Uenit hora poſt reſurrectōnem et
ſpūſſancti miſſionē quādo nō in prouer
bijs loquar vobis. ſed palam de patre
meo annūciabo vobis. Luce. xxiiij. Tūc
aperuit illis ſenſum ⁊ intellectū ſcriptu/
rarum. Spūſſanctus etiā veniēs omnia
docuit eos. Iohā. xiiij. Ille vos docebit
omnia. per ſtatum enī apoſtoloꝝ in chri
ſti paſſione figuratur ſtatus peccatoris
quia in paſſione omnes peccauerūt. per
ſtatum autē eoꝝ poſt reſurrectōem ſigni
catur ſtatus iuſti. qui reſurrexit a morte
peccati. Ephe. v. Surge qui dormis ⁊ ex
urge a mortuis ⁊ illuminabit te chriſtus
¶Tercō poteſt cōſiderari cōſiderando
populū dei ad omēs alios populos. qui
omēs ſūt cecati ⁊ omīs ſcriptura ē ei pro
uerbiū et enigma. Math. iiij. Uobis da
tum eſt noſſe miſterium regni dei. ceteris
autem in parabolis vt videntes n̄ videāt

⁊ audientes nõ intelligãt. Eſa. vi. Exceca
cor populi huius ⁊ aures eius aggraua
⁊ oculos eius claude. ne forte oculis ſuiſ
videat ⁊ auribus ſuis audiat. Johan. ix.
In iudiciũ ego in hunc mundũ veni. vt
q̇ nõ vident videant ⁊ q̇ vident ceci fiant
Et qđ peius in iſtis eſt. q: nec credũt nec
intelligunt ſe nõ intelligere ⁊ errare om/
nes enĩ dicũt ſe intelligere ⁊ habere verã
fidẽ ⁊ nos cõdemnãt. qđ eſt peſſima ↄdi
cio q: ſic ſtando ⁊ credẽdo nunq̃ʒ poſſũt
ſaluari. Joh. ix. Si ceci eſſetis peccatum
nõ haberetiſ. nunc aũt q: dicitis videmꝰ
peccatũ veſtꝛ manet. Populo autẽ dei
omĩs ſcriptura dei eſt apta ⁊ nõ ꝓuerbi/
um Hebꝛe. iiii. Omĩa aũt aperta ⁊ nuda
ſunt oculis eius Unctõ enĩ docet de om
nibus. vt dr̃. i. Johã. ii. Actu. xx. Nõ ſub/
terfugi quo minꝰ annunciarẽ vobis oẽ
ↄſiliũ dei ¶ Quarto poteſt conſiderari
ↄparando ſtatum eccĩe militãtis ad ſtatuʒ
eccĩe triũphantis. q: in p̄ſenti ſunt omĩa
nobis obſcura ⁊ ꝓuerbia. nec aliq̇d per/
fecte cognoſcere poſſumꝰ. i. Coꝛ. xiii. Ui/
demus aũt nũc per ſpeculũ in enigmate
Eccl̃s. vii. Dixi ſapiẽs efficiar ⁊ ip̃a lon/
gius receſſit a me. In vita autẽ beata om
nia clare videbimus. i. Coꝛ. xiii. Nũc co
gnoſco ex p̃te tunc autẽ cognoſcam ſicut
cognitus ſum. q: ſicut deus ꝑ ſuã eſſenti
am ↄgnoſcit nos ſic ⁊ nos in eadeʒ eſſen
tia cognoſcemus deũ ⁊ omnia. p̃s. In lu
mine tuo videbimus lumẽ. Gregoꝛius.
Quid eſt qđ neſciant q̇ videntẽ omĩa vi
dent. Et iſto quarto modo exponit bea/
tus auguſtinus q̇ ait Poſſem ⁊ ego hãc
hoꝛã futuꝝ ſeculuʒ intelligere in quo vi/
debimus eum ſicuti eſt. qđ apoſtoluſ di
cit facie ad faciẽ. Qđ ergo dicit hec in ꝓ/
uerbijs locutus ſum vobis. apoſtolꝰ di/
cit ꝑ ſpeculũ in enigmate. Qđ autẽ dicit.
venit hoꝛa cũ iam non in pꝛouerbijs vo
bis loquar. ſʒ palam de patre meo annũ

ciabo vobis. apoſtolus dicit facie ad fa/
ciem. Et ſic patet ſecundũ. ¶ Tercio ma
gna virtus perfecte oꝛatõnis innuit̃ cuʒ
ait. Et nõ dico vobis quia ego ro. pa. de
vo. ꝛc. id eſt. tanta virtus erit veſtre oꝛa/
tionis facte in fide. qua creditis me a dõ
exiſſe ꝑ eternam generationẽ. ⁊ in mũdũ
veniſſe. per carnis aſſumptõem. ⁊ a mũ/
do recedere per eiuſdem carnis ſubtra/
ctõem ⁊ facte in caritate qua me diligitiſ
ſuper omnia. ꝙ nõ indigebitis apud deũ
aliquo interceſſoꝛe ſed ⁊ ipſa oꝛõ veſtra
ſic facta in fide ⁊ caritate omnia obtine/
bit. Hilarius. Caret apud deum interceſ
ſionis neceſſitate perfecta de filio fides.
que ꝙ exiuit a deo credit atq̃ʒ amat. ⁊ ꝑ
ſeip̃am ⁊ que audiri meretuꝛ ⁊ amari na
tum ex deo filium miſſumq̃ʒ cõfeſſa Au
guſtinus. Exiuit enĩ a patre. q: de patre
eſt. in mundũ venit. q: mundo ſuum coꝛ
pus oſtendit. mundũ reliquit coꝛpoꝛali
diſceſſione perrexit ad patrẽ homĩs aſcẽ
ſione. nec mũdũ deſeruit pꝛeſentie gubeꝛ
natõne. quia ſic in munduʒ venit exiens
a patre vt nõ deſereret patrẽ. Unđ ſicut
ſꝫm coꝛpulentã ſubſtantiã in munduʒ ve
nit ꝑ natiuitatem. ſic ſꝫm eandẽ de mũdo
exiuit per moꝛtẽ. Quãuis iſta verba. ſcʒ.
⁊ credidiſtis q: a dõ exiui. nõ ſint accipiẽ
da pꝛo illo tempoꝛe. ſed ꝓ futuro. ſ. poſt
reſurrectõnem. ⁊ poſt ſpiritusſancti miſ/
ſionem. quia vt dicit auguſtinus. nõ duʒ
erãt apoſtoli tales quales eos dicit. nec
ſic credebant ſed fiendi erant tales. Un/
de credidiſtis q: a deo exiui. i. credetis p̃/
teritũ ponit ꝓ futuro ꝓpter certitudineʒ
dicti. ſicut ꝓphete ꝓpter eandẽ certitudi
nem p̄teritũ ꝓ futuro poſuerũt. Eſaie. ix.
Paruulꝰ enĩ natus eſt nobis ꝛc. Unde
auguſtinus dicit ꝙ apoſtoli pꝛedicta v̉/
ba nõ ĩtelligebãt. nec ſe nõ intelligere co
gnoſcebant. Et iđ dicũt. Ecce nunc palã
loqueris ⁊ pꝛouerbiũ nulluʒ dicis. Sed

quomodo hoc eſt verũ. q: ipſe pater amat
vos q: vos me amaſtis. imo econuerſo.
q: pater amat vos. ideo vos me amatis
cum ſcriptũ ſit. i. Job. iiij. In hoc apparu/
it caritas dei nõ quaſi nos dilex. d. ſ3 quo
niam ipſe pri. di. nos. Ubi nota q caritа/
tem ⁊ omẽs virtutes gratis ex amore no
bis deus infundit. Math. x. Gratis ac/
cepiſtis gratis date. Qui ergo virtutibꝰ
a deo ſibi datis bene vtunt. et ex amore
ipm reamant. ex hoc deus iteru3 diligit
eos ⁊ magis diligit. ⁊ ideo amor noſter
ad deũ eſt effectus ⁊ cauſa. q: a dõ proce/
dit ⁊ ad deũ reflectitur ꝓpter qua3 refle/
xionem deus diligit nos. Prouer. viij
Ego diligentes me diligo. Auguſtinus
Quia ille amat nos amamus. Ille enim
prior dilexit nos. ergo hinc factũ eſt vt di
ligamus quia dilecti ſumus. Per ſupra
dicta ergo patet q̃nta ſit virtus oratõis.
perfecte ſc3 facte in fide ⁊ caritate quia p
ſeipã3 qd petit impetrat. ¶ Et q: tempꝰ
rogatõnum ⁊ oratõnũ inſtat ideo hic ali
quid de oratõnis virtute inſeramus.
¶ B ¶ Ubi nota q oratõ in fide ⁊ dile
ctõne facta duodecim miracula facit. nã
cogit deũ. aperit celũ. imperat ſoli ⁊ lune
ligat elementa. fugat demones. expellit
morbos. ſuſcitat mortuoſ. vincit ſcriptu
ram. mutat naturã. impetrat veniã. acq̃/
rit grãm. ⁊ confortet glãm ¶ Primo co
git deum. Exo. xxxij. Dimitte me vt ira/
ſcatur furor meus contra eos. Hoc do/
minus dixit moyſi oranti ꝓ populo. vbi
dicit gregorius. Quid eſt dicere ſuo di/
mitte me. niſi penſa quantũ apud me va
leas. ⁊ cognoſce q: obtinere poteris qd/
quid pro populo oras. Eſa. lxiiij. Non ẽ
qui inuocet nomẽ tuũ qn conſurgat ⁊ te
neat te ſc3 per oratõem ¶ Secundo ape
rit celũ. Luce. iij. Jeſu baptiſato ⁊ orante
apertũ eſt celum. Ide3 patet in beato ſte/
phano q̃ genibus poſitis orans vidit ce

los apertos. Actuum. vij. ps. lxxxvij. In
tret oratõ mea in conſpectu tuo. Ubi di
cit gloſa. Magna eſt vtus oratõnis que
quaſi quedã nuncia ante deum vadit et
mandatũ peragit. quo caro ꝑuenire ne/
quit ¶ Tercõ imperat ſoli ⁊ lune. Exem
plum de ioſue qui oranſ ait. Sol contra
gabaon ne mouearis ⁊ luna contra val
lem baylon. Steteruntq3 ſol ⁊ luna. Jo
ſue. x. ¶ Quarto ligat elementa. na3 ad
oratõnem helye non pluit annos tres.
⁊ menſes ſex. vt dicit iaco. v. iij. Reg. vij.
Uiuit dominus ſi erit roſ aut pluuia ni
ſi iuxta oris mei verbũ. Et tres pueri in
camino ignis orantes nõ ſunt leſi. danie
lis. iij. ¶ Quinto fugat demones. Luc. x
Hoc genus demonioꝝ non eijcitur niſi
in ieiunio et oratõne Unde ad oratõem
ſare filie raguelis angelus raphael reli/
gauit demoniũ in ſuperiora deſerti. tho/
bie. iij. ¶ Sexto expellit morbos. Mar
ci. xvi. Sup eg. ma. impo. ⁊ bene ha. Eccĩ
xxxviij. Fili in tua infirmitate ne deſpici/
as te ſed ora deũ ipſe curabit te. Jacobi. v
Infirmatur quis ex vobis inducat pre/
ſbiteros eccĩe ⁊ orent ꝓ eo ⁊ oratio fidei
ſaluabit infirmũ ¶ Septimo reſuſcitat
mortuos. Exemplũ de helya q̃ ait. Ob/
ſecro domine reuertat aĩa pueri huiꝰ
in viſcera eius. ⁊ ſic factũ eſt. iij. Re. xvij.
Sic reſuſcitauit iohannes euangeliſta
truſianã et petrus thabitam vt narrat ĩ
hiſtoria eccleſiaſtica. ¶ Octauo vincit
ſcripturã. Exemplũ de ezechia cui ꝓphe/
tauit eſaias. d. Diſpo. do. tue. q: mor. tu.
⁊ nõ vi. Qui ↄuertit ſe viſus parietẽ tem
pli ⁊ cũ fletu orauit. ⁊ iõ dñs vidẽs orõem
eiꝰ ⁊ lacrimas eiꝰ mutauit ſententiã. licet
nõ ↄſiliũ. ⁊ pepcit ſibi. ⁊ adiecit vite eius
q̃ndecim annos. Eſa. xxxviij. Et ꝑ conſe/
quẽs ꝓphetie ſcriptura eſt victa. quã vĩ/
cere difficiliꝰ eſt q̃3 perire celũ ⁊ terrã Lu
ce. xxi. Celum et terra tranſibunt verba

aūt mea nō tranſibunt ¶ Nono mutat
naturā. Nā zacharias de muliere ſterili
accepit filiū Luce .j. Ne timeas zacharia
quoniā exaudita ē oratō tua ⁊ elizabeth
vxor tua pariet tibi filiū. Idē ptʒ in abra-
am. Gen. xxj. ¶ Decimo impetrat veni
am. Nā dauid dicēti domino peccaui. ⁊
oranti p venia. ait nathan pphēta. Trā-
ſtulit deus peccatū tuū a te. ij. Regū. xij.
Et publicanꝰ deſcēdit iuſtificatꝰ ab ora-
tōne. Luce. xviij. Et greḡ. vt dicit auguſti
nus. p orōem fecit parci trayano ī infer-
no exiſtenti. qḋ a ſeculo nō eſt auditum.
ſm illud. q: ī inferno nulla eſt redemptō
¶ Undecimo acq̇rit grām ⁊ ſpūmſcūm
Nā orātibus apoſtolis ſpūſſanctus ſu-
per omēs venit. Actu. ij. Et nō ſolū q̇s p
oratōem acquirit ſibi grām. ſed etiā alijſ
Sic monica mater auguſtini acquiſiuit
grām dei auguſtino. Et ſtephanus acq̇-
ſiuit ⁊ orās grām ⁊ veniaʒ paulo. Unde
auguſtinus dicit ꝙ ſi ſtephanus nō oraſ
ſet eccleſia paulū nō haberet ¶ Duode
cimo cōfert glām. Iohā. xvi. Petite ⁊ ac
cipietis vt gaudiū veſtꝝ ſit plenuʒ. Gau
dium plenū nō pōt inueniri in mōo iſto
ſicut nec pfectuʒ bonū. ⁊ ideo de gaudio
glorie intelligit. Auguſtinus. Hoc gau-
dium nō carnale ſʒ ſpūale eſt. qḋ q: tātuʒ
eſt qḋ ei aliq̇d addi nō poteſt pculdubio
erit plenū. Hoc fuit figuratū quādo bea
tus ſtephanus orans vidit glām dei. Et
quid plura. Breuiter omne bonum cor-
porale ⁊ ſpūale homo p oratōem obtine
bit. ⁊ ab omni malo liberat. q: petruſ per
orōem eccleſie fuit liberatus a carcere he
rodis. Actu. xij Oratō aūt fiebat ſine in
termiſſione ab eccleſia ad deum pro eo.
Et ideo recte poſſumus dicere illud ſap.
vij. Uenerunt mihi omnia pariter cū illa.
Et ſic patet terciū. Quartū vero dimitta
tur ad preſens.

¶ De epiſtola ¶ Sermo. LVII

E Stote factores
verbi ⁊ nō auditores tantum
Iac. j. Quia nō audire ſed fa-
cere facit hominē beatū. iuxta illud Ioh.
xiij. Beati eritis ſi feceritis ea. ⁊ in obſer
uantia vbi dei vera religio cōſiſtit. ideo
vt beati ſimus. beatus iacobus in epiſto
la hodierna tria facit. Primo ad obſer-
uantiā legis diuine nos inuitat. In pnci
pio epiſtole. Secūdo vanū religioſuʒ d-
monſtrat ibi. Si q̇s putat ſe religioſum
eſſe. Tercō oſtendit in quo religio vā cō
ſiſtit ibi. Religio munda ⁊ immaculata
hec ē ¶ gl ¶ Circa pmū nota ꝙ tripha-
rie homies diuidunt circa verbū ⁊ legeʒ
dei. Quidaʒ audiūt ⁊ nō faciūt. ⁊ iſti ſūt
mali. q: ſunt acriter verberādi. Luce. xij.
Ser. ſciēs volū. do. ſui ⁊ nō fa. ⁊c Quidā
nec audiunt nec faciūt. ⁊ iſti ſunt peſſimi
quia ꝯtemnunt ⁊ audire ⁊ facere. Et qḋ-
libet poteſt eſſe mortale peccatū. q: q̄ʒuiſ
aliqua ignorātia excuſet ſm illud. j. Thi.
j. Ideo miſericordiā ꝯſecutus ſum. quia
igno. fe. in incredulitate. tamē ignorātia
craſſa ⁊ ſupina non excuſat. imo de ſe po
teſt eſſe peccatū mortale cū ſepet a regno
j. Cor. xiiij. Qui ignorat ignorabit. Qui
dam audiunt ⁊ faciūt. ⁊ iſti ſunt beati. lu
ce. x. Beati qui audiunt verbū dei et cu-
ſtodiunt illud. Ad hoc terciū genus ho-
minum beatus iacobus nos inducit di-
cens. Eſtote factores verbi ⁊ non audito
res tantū. Hoc verbū vt auguſtinus di-
cit eſt ille aduerſarius noſter de quo di-
citur math. v. Eſto ꝯſentiēs aduerſario
tuo cito. Hoc verbū obemꝰ facere vt hic
dicit iacobꝰ. ⁊ ad hoc allegat duo Prim
eſt malū qḋ hō incurrit ſi hoc nō facit.
Scdʒ ē bonū qḋ inḋ ꝯſeq̇t ſi hoc facit ibi
Qui aūt pſpexerit in lege libertatis pfcē
¶ Malū qḋ hō incurrit ſi audit verbuʒ
dei ⁊ non facit ē duplex Primo q: fallit

ſeipm. Secūdo qꝛ eſt alijs in exemplum
deriſionis. ⁊ ideo compaꝛ̃ viro ꝯſiderāti
maculas ſuas in ſpeculo ⁊ eas nō tergē-
ti. Fallit autē ſeipſum ꝓpter quattuoꝛ. ¶
Primo quia oſtendit ꝙ ꝑfectō ſpiritua
lis cōſiſtit ſolū in audiēdo bonū quod ē
falſum. Roꝝ.ij. Non enī auditoꝛes leḡ
iuſti ſunt apō de. ſed factoꝛes legis iuſti-
ficabunꝛ̃. Apoca. Sicut fecit facite illi. ⁊
nō dixit ſicut docuit vel audiuit Quia ſi
pꝛedicare verbū dī ⁊ docere impios. aut
etiā miracula facere. aut v̓tutes oſtende
re in nomīe xp̄i non facit hominē iuſtuꝫ.
multominus audire. ſed hec nō faciunt
hominē deo acceptū. Mathei.vij. Do-
mine nōne in nomine tuo ꝓphetauim⁹.
⁊ demonia eiecimus. ⁊ v̓tutes multas fe
cimus. ⁊ dicet illis. Amen dico vobiſ ne
ſcio vos. ¶ Secundo qꝛ oſtēdit ꝙ ſicut
homo perficiꝛ̃ in ſciētia per auditū ſic pfi
citur in bonitate per auditū qō eſt falſuꝫ.
Nam magno tempe audiēdo efficiūtur
aliqui magni iudices. ⁊ magni medici. ſꝫ
magno tempe audiēdo nō fit homo bo-
nus ⁊ perfectus. Hebꝛe.vij. Nihil ad ꝑ-
fectum adduxit lex. Unde abꝛaā non au
diendo legē iuſtificatus eſt apud deum.
vt dicit apoſtolus ad roma.iiij. Et iſrael
audiendo legē ⁊ voces ꝓphetaꝝ q̄ ꝑ oē
ſabbatū leguntꝛ̃ in lege iuſtiſ nō peruenit
ad eoſdem ¶ Tercō qꝛ oſtendit ꝙ ſicut ꝑ
legem eſt cognitō peccati. ita per legē vi-
tetur peccatū. quod eſt falſum. qꝛ lex ſolū
oſtendit vulnus ſed nō ſanat. Roma.iij
Per legē enī cognitō peccati. Nam cō-
cupiſcentiā neſciebā eſſe peccatū niſi lex
diceret. nō cōcupiſcas. Roma.vij. In cu
ius figurā ſacerdos ⁊ leuita viſo ſaucia-
to pertranſierūt. Luce.x. Quia lex nō ſa-
nat que per ſacerdotē ⁊ leuitā intelligiꝛ̃.
ſed ſolū oſtendit. Itē nō ſolū lex nō adiu
uat vitare peccatū. imo incitat ad pecca-
tum. Ro.vij. Peccatū enī occaſione ac-
cepta per mandatū. operatū eſt ī me om-
nem ꝯcupiſcentiā qua nitimur in vetitū
⁊ nō ſolū lex nō iuuat ſed occidit. ij. Coꝝ.
iij. Litera occidit ſpūs aūt viuificat Ubi
dicit auguſtinus. ꝙ ꝑ lrām intelligiꝛ̃ om
nis ſcriptura extra homīes exiſtens. eti-
am moꝛaliū p̄ceptoꝝ qua lrā in euāgelio
cōtinenꝛ̃. vbi etiā lrā euangelij occideret
niſi eſſet interius grā ſaluans. ¶ Quar
to qꝛ oſtēdit ꝙ fides que ꝑ auditū cauſaꝛ̃
auditus aūt ꝑ verbū dei. vt dicit apoſto
lus ro.x. ſufficiat ad ſalutē. qō falſum eſt
Quia vt dꝛ iac.v. Fides ſine opib⁹ moꝛ-
tua eſt. nā demones credunt ⁊ contremi
ſcunt. Et ideo ꝓpter hec quattuoꝛ talꝭ fal
lit ſeipm ¶ Itē eſt alijs in exemplū deri-
ſionis. Ualde enī eſſet deridēdus q̇ tota
die teneret ſpeculū in manu ⁊ nō lauaret
ſcenū qō haberet ī facie. ſic eſt ille. q̇ tota
die audit verbū dei. ⁊ maculas peccato-
ruꝫ nō abſtergit. Et hoc eſt qō dicit. Hic
ꝯpatur viro ꝯſideranti vultuꝫ natiuita
tis ſue ī ſpeculo. ſᷓm gloſaꝫ vultus natiui
tatis noſtre eſt macula coꝛpis ⁊ anime. ī
qua concepti ſumus ⁊ nati. Sicut ergo
qui conſiderat in ſpeculo ratōnis vilita
tem natiuitatis ſue. ⁊ maculas peccatoꝝ
quibus coꝛam deo ⁊ hominib⁹ ⁊ ſanctis
fetet. ⁊ non humiliatur ex hoc. nec curat
abſtergere. ſed in obliuionē predictoꝛuꝫ
vadit. ſic ⁊ ille qui tota die audit verbuꝫ
dei ⁊ non facit. Et ideo ꝓprie dicit. ꝙ talꝭ
comparaꝛ̃ viro ſpeculanti ſe ⁊ non muli
eri. vir enī reſpicit ſe in ſpeculo ex quadā
viroſitate. ⁊ ſi videt ſe nigrum nō curat
ſe dealbare ⁊ ſi videt ſe pallidum non cu
rat ſe rubꝛicare. Sed mulier cuꝫ magna
diligētia ſe aſpicit et ſpeculatur. ⁊ ſi ſe vi
det nigram pꝛocurat ſe dealbare. et ſi vi
det ſe pallidam pꝛocurat ſe facere rube-
am. Et cum vnguentis et diuerſis lotu-
ris facit violenter ſe pulcram. Et om-
nes maculas a ſe abſtergit. Sic debent

facere q̄ audiunt verbū dei ¶ Bonū vō
quod homo conſequitur ſi audit verbū
dei ꝛ facit eſt q꞉ in tali facto beatificatur.
hic ꝑ grām. ꝛ in futuro ꝑ glaꝫ. Et hoc eſt
qđ dicit. Qui aūt ꝓſpexerit in lege ꝑfecte
libertatis tanq̄ꝫ in ſpeculo. Greg. Spe/
cula dei ſunt p̄cepta dei in q̇b⁹ ſancte aīe
ſe ſemꝑ aſpiciūt. ꝛ ſi q̄ in eis ſūt feditates
aſpiciūt. Unđ mādatū eſt in lege ꝙ ſacer
dotes ſacrificaturi in lege ſeu in templo
haberēt ſpecula affixa vbi lauabant̃ ad
videndū ꝛ abſtergēdū maculas ſuas Ex
odi. xxxviij. Fecit labꝝ eneū cū baſi ſua đ
ſpeculis mulierū. Qui ergo ſic ꝓſpexerit
ad videndū ꝛ ad tergēdū maculas btūs
in facto ſuo erit. i. ex facto ꝛ ope ſuo beati
ficabit̃. mediāte ſup. grā dei. Quia vt di/
cit aplus. Grā dei vita eterna. Roꝝ. vj.
Nota hic đ tigride quō ꝓpter imagines
ſpeculoꝝ piectoꝝ in via q̄s reſpicit ꝑdit
filios ſuos. Sic multi nō aſpiciūt cū effi
cacia in ſpeculo legis dei. ſꝫ tot⁹ aſpectus
eoꝝ eſt ad iſta bona mūdi. in quib⁹ aliq̄
imago veri boni relucet. q꞉ omne bonuꝫ
ꝯtinet̃ in vō bono vt dicit boeti⁹. ꝛ ī iſtis
tantū aſpiciūt ꝙ filij eoꝝ. i. aīe deportant̃
a dyabolo in infernū ¶ Itē nota ꝙ dicit
in lege ꝑfecte libertatis. Reuera ꝑfec. a li
bertas nō eſt niſi in amādo ꝛ obſeruādo
legē dei. Jo. viij. Si māſeritis in ſermōe
meo. veri diſcipuli mei eritis ꝛ ꝯgnoſce/
tis veritateꝫ ꝛ veritas liberabit vos. Et
hoc ꝓpter q̄ttuoꝛ. ¶ Primo. q꞉ vt dicit
phūs. liber eſt q̄ cā ſui eſt. Qui aūt obſer/
uat legē dei omīa q̄ facit ſūt ad ſuā vtili/
tatē. Ro. viij. Diligētib⁹ deū oīa coope/
rant̃ in bonū ¶ Scđo q꞉ q̄ obſuat legeꝫ
dei liberat̃ ab omi lege. j. Thi. j. Juſto nō
eſt lex impoſita ſꝫ patricidis ꝛ matricidis
ꝛ ceteris talib⁹. Aug. in regula Nō ſicut
ſerui ſub lege. ſꝫ ſicut liberi ſub grā cōſti/
tuti ¶ Tercō q꞉ ſeruās legē liberat̃ a ſer/
uitute peccati. q̄ eſt peſſima ſuit⁹ a q̄ qui

cūq̄ꝫ liberat̃ vē eſt liber. Ro. viij. Lex ſpi
ritus vite liberauit me a lege peccati Jo.
viij. Si fili⁹ vos liberauit veri liberi eri/
tis. Et q̇cunq̄ꝫ ab ea tenet̃ totaliter ē ſer/
uus. q꞉ omne peccatū a quo q̇s tenet̃ tur
piter dominat̃ ei. ꝛ quot peccata tot do/
mini. Hiere. vj. Seruietis dijs q̇ non da
bunt vobis requiē. Dij peccatoꝝ ſunt
peccata. Phi. iij. Quoꝝ deus vēter eſt.
¶ Quarto. q꞉ q̄ ſeruat legē liberat̃ a ſer
uitute hominū. nā transfert̃ in ꝯdicōeꝫ fi
lij. q꞉ ſeruit ex amore. Roꝝ. xiij. Nemini
q̇d quā deb. niſi vt inuicē dili. Hec eſt enī
differentia inter ſeruū ꝛ filiū. q꞉ filius ex
amore. ſeruus aūt ex timore ſuit. Si aūt
tranſit in ꝯdicōꝫ filij fit liber vt fili⁹ Gal.
iiij. Itaq̄ꝫ iam nō eſt ſuus ſꝫ filius. ꝙ ſi fi
lius ꝛ heres ꝑ deū Prouer. xvij. Seru⁹
ſapiēs dominabit̃ filijs ſtultis ꝛ int̃ fra/
tres hereditatē diuidet. Et ſic patꝫ ꝑmū.
¶ B ¶ Secūdo vanū religioſū demō/
ſtrat dicēs. Si q̇s putat ſe religioſuꝫ eſſe
ꝛc̄ Ubi nota ꝙ vanū vt dicit phūs eſt qđ
nō includit fineꝫ ad quē eſt. Religioſus
autē dicitur homo religatus ꝛ reſtrict⁹
in operibus. Et ideo quicūq̄ꝫ eſt ſub ali/
qua regula poteſt dici religioſus Unde
omnes chriſtiani dicunt̃ religioſi. q꞉ ſub
regula euangelij religant̃ ꝛ multa eis nō
licent que alijs licent. Et ob hoc chriſtia/
nitas xp̄iana religio vocat̃. Quia vero
clerici magis religant̃. ideo magis ſūt re/
ligioſi. q̄ꝫ ꝯmunes chriſtiani. Sed quia
monachi ꝛ eoꝝ ſequaces maxime reli/
gant̃. ideo per excellentiā vocant̃ religio
ſi. Loquitur autē hic beatus iacob⁹ om/
nibus quocūq̄ꝫ modo religatis qui lar/
go modo religioſi vocant̃. Omnis autē
chriſtianus ad hoc religatur ſub regula
euangelij. vt habeat hic gratiam dei. ꝛ ī
futuro gloriam. effugiatq̄ꝫ penam eter/
nam. Qui ergo non refrenat ꝛ ligat lin/
guam ſuā. inuanū ſe religauit ſub regl'a

euāgelij.quia nō ꝯſequet̃ vitā grē ⁊ glo-
rie.nec effugiet penā eternā ⁊ ꝑ ꝯſequēs
nō cōſequet̃ finē ꝓpter quē ſe religauit.
quia hūc finē habet lingua dare ⁊ auffer-
re. Prouer.xviij. Mors ⁊ vita in mani
bus lingue. In eodē.xij. De fructu oris
ſui vnuſquiſqꝫ replebit̃ bonis. Eſa.xxxij
Erit cultus iuſticie ſilentiū. Jac.iij. Uni
uerſitas iniq̃tatis ſup.ē lingua. Ubi dicit
glo.ꝙ fere oīa peccata ꝓcedūt ex lingua.
quia aut impant̃ ꝑ linguā.aut ꝑſuadent̃
aut directe ꝯmittunt̃ ꝑ linguā.aut defen
dunt̃. Sedecim enī maxima ⁊ generalia
peccata ꝓcedunt ex lingua.ſcꝫ.blaſfemia
murmuratō.defenſio peccati.piuriū.mē
dacium.detractō.adulatō.maledictō.cō
uicium.ꝯtentō.prauū ꝯſiliū.diſſeminato-
rum diſcordie.peccatū bilinguiū.indiſcre
ta ꝯminatio.multiloquiū ⁊ turpiloquiū
Ergo lingua cuſtodita.aīa cuſtoditur.⁊
nō cuſtodita aīma ꝑdit̃. Jaco.iij. Si qs ī
v̄bo nō offendit hic ꝑfectus eſt vir Pro
pter qđ petijt dauid.d. Pone domīe cu
ſtodiā ori meo ⁊ oſ.circū.la.me. Et ſic ꝑꝫ
ꝙ de eſſentia xp̄iane religionis eſt cuſto
dia oris. Prouer.xv. Sicut vrbs patēs
⁊ abſqꝫ muroꝝ ambitu ſic vir q̄ nō pōt ī
loquēdo cohibere ſpūm ſuū. Exemplū.
Cū quacūqꝫ cuſtodia cuſtodiat̃ caſtꝝ.ſi
ſi ſolū vna porta vl̄ vna feneſtra dimitta
tur apta inuanū cuſtodit̃. Similit̃ q̄ntū-
cūqꝫ liget̃ veges ⁊ reparet̃ ſi modicꝰ ꝑtu-
ſus dimittat̃ aptus inuanū religatus ē.
Sic eſt in ꝓpoſito qꝛ q̄ntūcūqꝫ homo re
liget ſenſus ſuos ⁊ claudat ac etiā omēs
actus ⁊ impetꝰ ſuos refrenet.ſi dimittit
habenas lingue inuanū oīa facit. Jac.
ij. Si qs totā legē obſeruat.offendat aūt
in vno factꝰ ē omniū reꝰ. Et maxime ad
religioſos ꝑtinꝫ cuſtodire linguā. Quia
vt dicit aplſ.j.Coꝛ.iiij. Spectaculū facti
ſumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibꝰ Om
nes attendūt ad v̄ba nr̄ā.⁊ iō oportet.ꝙ

valde ſimꝰ circūciſi in lingua. Hiere.iiij.
Circūcidimini domīo viri iuda. Col.iiij.
Sermo veſter ſꝑ in grā ſale ſit ꝯditꝰ.vt
ſciatis quō oporteat vos vnicuiqꝫ reſpō
dere. Hic cadit exemplū illaꝝ heremitaꝝ
de quibus dicit grego.in dyalo.ꝙ nimis
moleſtabāt ſeruū ſuū quibꝰ beatus bene
dictus mādauit niſi correxeritis linguā
veſtrā excōmunico vos.que poſt mortē
ſepulte ſunt in eccia.⁊ cū ex more dyaco-
nus clamaret q̄ nō cōmunicat det locum
nutrix eaꝝ videbat eas exire d̄ ſepulcris
Itē aliud exemplū d̄ illa ſanctimoniali q̄
carnis ꝯtinentiā habuit ſꝫ lingue ꝓcaci-
tatē nō declinauit.⁊ factū eſt vt mortua
ſepeliret̃ in eccia. Cuſtos autē eccie vidit
media nocte corpus eius exhumari ⁊ af
ferri ante altare ⁊ ꝑ mediū ſecari.et me-
dia pꝰ igne cremabat̃ ⁊ media intacta re
manebat.⁊ d̄ mane apparuerūt marmo-
ra ante altare igne ꝯbuſta. Hoc in dya.ē
Nota ꝙ aīalia valde ferocia catenant̃
⁊ iō natura ad oſtendēdū ferocitatē lin-
gue incluſit eā int̃ duos muros ⁊ poſuit
ante eā muꝝ et antemurale. Jac.iij. Om
nis natura beſtiaꝝ volucꝝ ⁊ ſerpentum
domat̃ ⁊ domata ſūt a natura humana.
linguā aūt nullus hominū domare pōt
inquietū malū.plenū veneno mortifero
Et iō refrenāda eſt. Ecclē. Uerbis tuis
facito ſtaterā ⁊ ori tuo frenos rectos Ex
emplū.lingua ſtat in humido.⁊ eſt labil
ſicut anguilla ⁊ niſi in foramīe oris tene
atur.tota fluit ¶ Nota etiā ꝙ dicit̃.qui
nō refrenat linguā ſuā nō ſoluꝫ incurrit
malū.ſed ſeducit cor ſuū. Cuius duplex ē
ratō. Prima qꝛ os eſt oſtiū cordis ⁊ lin
gua oſtiarius. Ja.iij. Lingua cōſtituit̃ in
mēbris noſtris tāquā oſtiarius. Math.
xij. Ex abundātia cordis os loquit̃.qꝛ ſi-
cut dominꝰ iubet ſic oſtiarius reſpōdet.
Sicut ergo oſtiarius intromittēs inimi
cum ꝑdit dominū.ſic lingua et os dum

ꝓpter maliloquiũ intromittũt mortez
in animã.ſeducũt cor ⁊ hominẽ duz ani/
mã occidunt a qua ꝓcedit vita. Sapiẽ.j.
Os qḋ mentit̃ occidit animaz. Scḋa rõ
eſt.q2 os ⁊ lingua deſeruiũt cordi ad ma
nifeſtandũ ꝯceptus eius. Unde di.phi/
loſophus ꝙ voces ſunt note eaꝝ q̃ ſunt
in aĩa paſſionũ. Math.xv. Que autez
ꝓcedunt de ore exeũt de corde. Sicut er/
go ſeruitor infirmi ꝑderet euz ſi daret ei
nociua aliqua que petit.cũ ſit ei datꝰ ad
ſanitatẽ recuꝑandam.ſic lingua ſeducit
cor ſi nociua que cupit profert ⁊ manife/
ſtat.q2 nõ bene cuſtodit ip̃m. Uñ lingue
dr̃ puer.iiij. Omni cuſtodia ſerua cor tuũ.
quoniã ab ip̃o vita ꝓcedit. Et ſic patet ſe
cundũ Si vis plus de lingua dicere q̃re
in ſmone de vicijs lingue ¶ Tercõ oſtẽ/
dit in quo religio vera ꝯſiſtit. Et dicit be
atus iacobus ꝙ in duobus ꝯſiſtit ſcz ĩ fa
ciendo opa miſericordie.⁊ in cauendo a
peccatis ſeculi que animã maculãt. Au/
guſtinus. Due ſunt ꝑtes iuſticie.ſcz face
re bonuz ⁊ declinare a malo. Tunc ergo
chriſtiana religio alicuiꝰ eſt mũda q̃ntũ
ad cor.⁊ immaculata q̃ntũ ad opa miſe/
ricordie.q̃ñ.xij.opa miſericordie exercet.
circa primũ.⁊ ſeip̃m a peccatis immacu
latum ꝯſeruat. Per vnũ eñi opus miſe
ricordie qḋ hic ponit ſcilz viſitare pupil/
los ⁊ viduas in tribulatõne poſitos.dat
intelligi omnia alia opa miſericordie q2
eadẽ eſt ratõ de vno ⁊ de omnibꝰ. Nam
vt dicit phũs. Eadẽ eſt natura vnius gle
be ⁊ totiꝰ terre.⁊ ꝓbato ꝙ vna gleba ter/
re eſt grauis.ꝓbatũ eſt ꝙ tota terra eſt g̃
uis. Et ſic patz ꝙ in duobꝰ chriſtiana reli
gio ꝯſiſtit Primo in faciẽdo opa miſeri
cordie. Sap̃. Deũ maxime imitabit̃ q̃ ni
hil iudicauerit eſſe ꝑcioſius q̃z miſereri.
Summa ergo religionis ẽ miſericordia
Mathei.ix. Euntes diſcite qḋ eſt miſeri
cordiã volo ⁊ nõ ſacrificiũ. Sunt aũt.xij
opa miſericordie que in his verſibus cõ
tinent̃ Ueſtio poto cibo tego redimo vi
ſito condo. Conſule caſtiga ſolare remit/
te fer ora. Sex p̃ma ſunt corꝑalia ad cor/
pus ꝑtinentia.alia ſex ſũt ſpũalia ad ani/
mã ꝑtinentia.⁊ ideo ſunt ꝑfectiora ⁊ ma
ioris meriti ¶ Ad opa miſericordie faci
enda nouẽ nos inducũt. ¶ Primuz eſt
q2 ꝑ miſericordiã dei grãm impetramuſ
⁊ in dei filiũ homo adoptat̃ Eccĩ.quarto
Eſto pupillis miſericors ⁊ pater.⁊ ꝓ vi/
ro matri illoꝝ.⁊ eris tu velut filius altiſ/
ſimi obediens ⁊ miſerebit̃ tui magis q̃z
mater ¶ Secundũ eſt q2 ꝑ miſericordiã
dyabolus vincit̃. Auguſtinus. De nul/
la re ita vincit̃ inimicꝰ ſicut de miſericor/
dia. Eccĩ.xxix. Super ſcutũ ⁊ lanceaz pu
gnabit ꝓ te ꝯtra inimicũ tuũ ¶ Terciũ ẽ
q2 ꝑ miſericordiã factam alijs miſericor/
dia ſuper ꝓprijs miſerijs impetrat̃ Ma
thei.v. Beati miſericordes quoniaz ipſi
miſericordiã ꝯſequent̃ ¶ Quartũ eſt q2
per miſericordiã impetus peccatoruz re/
frenat̃. Eccĩ.iij. Ignẽ ardentem extinguit
aqua ⁊ elemoſina reſiſtit peccatis ¶ Quĩ
tum eſt q2 miſericordia a peccato liberat
Thob.iiij Elemoſina a morte ⁊ ab omni
peccato liberat Exemplũ de cornelio cui
dictum eſt actuũ.x. Oratões tue ⁊ elemo
ſine tue aſcenderũt in memoriã in cõſpe/
ctu dei. Et miſſus eſt petrus ad eũ.vt eũ
abſolueret a peccatis ¶ Sextum ẽ quia
miſericordia nõ ſolum a peccatis ſz etiaz
a pena peccatoꝝ abſoluit. Dañ.quarto
Peccata tua elemoſinis redime.hic ca/
dit exemplũ de iſto qui in morte dimiſit
equum cognato ſuo vt ꝑcium eius darz
pro aĩa ſua ⁊ non fecit. Cui iſte mortuꝰ
apparuit dicens. Si miſiſſes mihi elemo
ſinam de equo meo citius fuiſſem libera
tus a pena. Nunc aũt ad deũ vado et te
cito ante eũ vt mihi reſpõdeas de equo.
Qui ſtatim mortuus eſt ⁊c̃ ¶ Septimũ

eſt q: miſericordia nõ derelinqt hominẽ in morte cũ oĩa alia derelinquũt Ambr. Nõ ſunt bona homĩs que ſecuȝ portare nõ poteſt. ſola miſericordia comes eſt de-functoꝝ ¶Octauũ eſt q: in iudicõ finali ſaluabit hominẽ. Math. xxv. Uenite benedicti patris mei ꝑcipite paratum vobis regnũ a ↄſtitutõe mundi. Eſuriui et̃ ⁊ dediſtis mihi mã. ⁊c. Uñ ibi fiet ſolum diſceptatõ de opibus miſericordie ¶Nonum eſt q: miſericordia diſtribuit manſiones in regno celoꝝ. Ecci. xvj. Omĩs miſericordia faciet locũ vnicuiq; ſcḋm meritum opeꝝ ſuoꝝ. Et breuiter miſericordia ad omĩa valet ⁊ hic ⁊ in futuro. j. thi. iiij. Pietas ad omĩa vtilis eſt ꝓmiſſionẽ habẽs vite q̃ nunc eſt ⁊ future. Et nota ꝙ nihil eſt miſerius anima peccatoriſ. q: ipa ẽ vidua derelicta ⁊ pauꝑrima. Eſt eĩ ſeꝑata a ſpõſo ſuo xp̃o. a patre ſuo deo. a matre ſua ecclĩa. a fratrib⁹ ſuis angelis ⁊ ſanctiſ Treñ. j. Omẽs amici eius ſpreuerunt eã Eſt etiã expoliata omnib⁹ bonis. Mat. xiij. Ab eo aũt q̇ nõ habȝ ⁊ qḋ hȝ auf. ab eo. Et iõ nulla miſericordia eſt ita magna ⁊ tam grata deo q̃ȝ ꝙ hõ miſereat̃ anime ſue. Ecci. xxx. Miſerere aĩme tue placẽs deo. Prouer. x. Benefacit aĩe ſue vir miſericors. Et ſimilit̃ nihil eſt miſertus ĩpio nõ miſerante ſeipȝ. vt dicit aug̃. Ecci. xiiij Qui ſibi nequã eſt cui bonus erit ¶Secundo religio xp̃iana ↄſiſtit in cuſtodiẽdo ſe immaculatũ a peccatis ſeculi. q̃ ſũt tria. j. Jo. ij. Omne qḋ eſt in mũdo aut ẽ cõcupiſcẽtia carnis aut ↄcupiſcẽtia oculorum aut ſuꝑbia vite. Ad hec tria omẽ pctũm reducit̃. Jſta peccata maculãt animã turpiter imo efficiunt eã leproſaȝ ita vt niſi a ſolo deo mundari poſſit. Eſaie. xliij. Ego ſum q̇ deleo iniq̇tates tuas ꝓpter me. Ubi nota ꝙ duo ſunt modi immaculatuȝ ſe cuſtodiẽdi ab his peccatis Unus eſt ⁊ magis tutus de mundo exire. id eſt. de loco vbi mundani habitant. Apoc. xviij. Exite de medio ei⁹ ꝑple me⁹ ne ꝑticipes ſitis delictoꝝ eius. q: vt dr̃. j. Job. v. Tot⁹ mũ. in ma. po. eſt. Hiere. vj. Hec eſt ciuitas viſitatõis omnis calumnia in medio eius. Et iõ impoſſibile ẽ cũ mundanis ↄuerſari. ⁊ nõ inq̇nari. Gre. Jmpoſſibile eſt ꝙ lingua ſecularĩũ mentẽ nõ inq̇net quã tangit. Señ. Quotienſ inter homĩes fui minus redij. Uñ arſenius audiuit vocem dicentẽ ſibi. Arſeni fuge homĩes ⁊ ſaluaberis. Ali⁹ mod⁹ ẽ non ĩmiſceri actib⁹ mũdi. Quia vt dr̃ eccli. xiij. Qui tetigerit picẽ coinquinabit̃ ab ea. ij. coꝝ. x. Jn carne enĩ ambulantes nõ ſcḋm carnẽ militam⁹. Et ſic pȝ terciuȝ ⁊ ↄſequẽter totum

¶Jn aſcenſione dñi de eplã

¶Sermo. LVIII.

Aſcendens in altum captiuã duxit captiuitatem dedit dona hominib⁹. Ephe. iiij. Feſtiuitas hodierna ſcḋm berñ. eſt felix clauſura ⁊ tot⁹ itinerarij filij dei ↄſũmatõ glorioſa. Math. xvj. Et dñs quidẽ ieſus poſtq̃ȝ locutus eſt eis aſſumptus ẽ in celuȝ et ſe. ad dext. dei. i. reqeſcit in glĩa dei. q̃ ꝑ dexterã ſignificat̃. q: inq̄ntũ de⁹ ſedet in eq̄litate patris. inq̄ntũ v̇o hõ manȝ in potiorib⁹ bonis patris. Siquidẽ dei fili⁹ ꝑpter noſtrã ſalutẽ quattuor itinera peregit ¶D ¶Primũ fuit de celo ĩ terraȝ veniendo. qñ carneȝ aſſumpſit de v̇gine glorioſa. Jo. xvj. Exiui a patre ⁊ veni in mundũ. Secundũ fuit de mũdo ad inferos deſcẽdendo. qñ ſedentes in tenebris viſitauit. Eccli. xxiiij. Penetrabo omẽs inferiores ꝑtes terre. ⁊ inſpiciã omẽs dormientes. Terciũ fuit de inferno ad mundialẽ machinaȝ redeundo. qñ cõfractis inferis cũ preda magna a mortuis reſurrexit. Col. ij. expoliãs ꝑncipatus ⁊ ꝑtãtes

tradurit ꝯfidenť. palã triumphãs eos in
ſemetipo. Quartũ fuit de mũdo ad celũ
aſcendẽdo. qñ vt hodierna die videtib⁹
diſcipulis eſt ſup omĩa eleuat⁹. Actuũ. j.
Videntibus illis eleuat⁹ eſt ⁊ nu. ſuſc. euȝ
ab ocu. eoꝝ. Primũ iter fuit penoſuȝ. q꞉
nature humane penalitates aſſumpſit.
Eſa. liij. Vere languores noſtros ipe tu.
⁊ do. no. ipe por. Scdm fuit victorioſum
q꞉ portas inferi fregit. vbi ⁊ ligauit inſa-
tiabilẽ homicidã ⁊ ſpolia ei⁹ diripuit. vt
dicit herũ. Lu. xj. Cũ for. ar. cu. atri. ſuũ in
pa. ſunt om. q̃ poſ. ⁊c. Aug. Manu iner-
mi ⁊ affixa cruci debellauit aereas pote-
ſtates. Terciũ fuit glõſuȝ. q꞉ glõſus ⁊ im-
mortalis in aĩa ⁊ corpe reſurrexit. Ro.
vj. Chriſtus reſur. ex mor. iã non moritur
mors il. vl. nõ dñabiť. Quartũ fuit gau-
dioſum q꞉ cũ magno gaudio angeloruȝ
remeauit ad celos. Pſal. Aſcẽdit de⁹ in
iubilatõe ⁊ dñs in voce tube. De iſto q̃r
to itinere ſcȝ de aſcẽſione ad celos ẽ ſmo
habẽdus ad pñs. q̃ in pmiſſis v̓bis dſcri
biť tribus modis. Et pmo deſcribiť v̓tu-
oſa ibi. Aſcẽ. in al. Secũdo deſcribiť fru-
ctuoſa ibi. Cap. dux. cap. Tercõ deſcribiť
gratioſa ibi. Dedit do. ho. Ex qb⁹ trib⁹
eliciunť alia tria hoꝝ ꝯſecutiua. Nã q꞉ v̓
tuoſa iõ admirabilis. q꞉ fructuoſa iõ imi
tabilis. q꞉ vero gratioſa iõ venerabilis.
Eſt ergo aſcẽſio ſaluatoris virtuoſa fru
ctuoſa ⁊ gratioſa. Admirabilis imitabi
lis ⁊ venerabilis ¶ Primũ inquã aſcẽ-
ſio ſaluatoris eſt mirabiliter v̓tuoſa. vt
virtus hic p potẽtia actiua ſumať. ⁊ hoc
patȝ ex q̇nqȝ ſcȝ ex diſtãtia quã aſcendit.
ex pſonis quas ſecũ traxit. ex impedimẽ-
to qd̓ remouit. ex loco vnd̓ extraxit ⁊ ex
duratõne qua ſemp trahit ¶ Primo v̓
tus iſtius aſcẽſionis oſtendiť ex diſtãtia
quã aſcẽdit. q꞉ ſm phũm omĩs aſcẽſus ⁊
motus eſt ab aliqua v̓tute mouẽte ⁊ tan
to aſcendiť velocius q̃nto v̓tus ẽ maior.

Exemplũ in vaporib⁹ v̓tute ſolari eleua-
tis. ⁊ in ſagitta v̓tute arc⁹ aſcẽdẽte. Chri-
ſtus aũt ꝓpria v̓tute quaſi in momento
aſcendit de terra vſqȝ ad celũ empireum
infra qd̓ pter machinã elementareȝ ſunt
nouẽ celi. ſ. celũ criſtallinũ. celũ ſiderium
celũ ſaturni. celũ iouis. celum martis. ce-
lum ſolis. celũ veneris. celuȝ mercurij. et
celum lune. Et dicit ra. moyſes ꝙ q̇lȝ
celũ ſeptẽ planetaꝝ habȝ groſſiciẽ q̇ngen
toꝝ annoꝝ. i. ſi aliq̇s homo iret in ſurſuȝ
omni die. xl. miliaria ptranſiret groſſiciẽ
vnius celi in q̇ngentis ãnis ⁊ inter celuȝ
⁊ celũ eſt ſpaciũ ſimiliť q̇ngentoꝝ annoꝝ
vt dicit idẽ ita ꝙ vſqȝ ad celũ empireum
eundo omni die in ſurſũ. xl. miliaria vix
pueniret in octo milib⁹ annoꝝ. Et nõ vi-
deatur hoc abſurdũ. q꞉ hoc eſt veriſiłe ⁊
ratõbile. Veriſiłe videť q꞉ vt dicũt aſtro-
logi. q̃libet ſtella eſt maior tota terra ⁊ tñ
videť pua vt qd̓dam ſpeculũ. Itẽ ſol qui
eſt longe inferior q̃ȝ ſidera eſt centũ lx. vi
cibus maior q̃ȝ tota terra ⁊ tñ videť ita p
uus qd̓ atteſtať maximã diſtantiã eẽ celi
a terra. Hoc etiã videť ratõnabile. q꞉ ſm
ſuã ꝓportõem locatoꝝ ad inuicẽ eſt pro-
portõ loci ad locũ. ſȝ bona glorie. que ſũt
in celo empireo. q꞉ ibi gloria dei manife-
ſtať excedũt in infinitũ bona que ſunt in
mũdo. ergo loc⁹ ille debȝ excedere iſtuȝ in
omni bonitate loci quaſi in infinitũ. Sȝ
vna de bonitatib⁹ loci eſt vt dicit phũs.
ꝙ ſit altus. q꞉ iuxta terraȝ ſunt multe cor-
ruptõnes ⁊ infectõẽs ⁊ plus ĩ paludibus
q̃ȝ in mõtibus. Quia ergo inuiſibilia dei
p ea q̃ facta ſunt intellecta ꝯſpiciunť. ro. j.
voluit deus p imenſam altitudineȝ loci
oñdere immẽſitatẽ boni qd̓ eſt ibi. Chri
ſtus aũt in vno momẽto ꝓpria v̓tute ſu-
per omẽs celos aſcendit ⁊ puenit ad ma
gnũ celũ ſancte trinitatis. ⁊ hoc inq̃ntuȝ
hõ. q꞉ inq̃ntũ deus fuit ſp in illo magno
celo. Ioh. iij. Nemo aſcẽdit in celũ niſi q̇

de celo deſcēdit filius hoīs q̇ eſt in celo
Eph. iiij. Qui deſcēdit ipē eſt ꝛ q̇ aſcēdit
ſup omēs celos. Et ſic aſcēſio ſaluatoris
oſtendit fuiſſe magne potētie ꝛ ꝟtutis et
velociſſimo trāſitu ¶ Scdō hoc idē ap/
paret magis euidenť ex ꝑſonis q̄s ſecuȝ
traxit. q: oēs aīe q̄ aſcenderūt in celū vel
que vſq̄ȝ ad finē mūdi aſcendēt. in ꝟtute
hui⁹ aſcēſionis aſcendūt. q: ſicut di. apo
ſtolus. j. coꝝ. xv. Si xp̄c reſurrexit ꝛ nos
reſurgem⁹. Ita ſi xp̄c aſcēdit ꝛ nos aſcen
demus. ꝛ multomagis. q: difficilius ē re
ſurgere q̄ȝ aſcēdere. q: reſurgere eſt ſup
totā naturā. Jo. xij. Si ego exaltatus fue
ro a terra oīa trahā ad meipm. Exem/
plū. cuſpis ferrea ponitˀ in cauda ſagitte.
ꝓpter magnā potentiā arc⁹. ꝛ quāto ma
ior eſt ꝟtus arc⁹. tāto maior ponitˀ cuſpiſ
Sic xp̄c ponēs multas aīas in aſcēſu
ſuo magnā virtutē oſtendit ꝓpter qd pe
tebat ſpōſa cant. j. Trahe me poſt te cur.
in odo. vn. tu. ¶ Tercō idē ptȝ ſi ꝯſidere/
mus impediētia tractū ſcȝ peccata totiuſ
mūdi. nā qdlibet pctūm mortale grauiuſ
eſt tota terra. q: ſi tota terra eſſet vbi erat
lucifer. in magno tpe nō deſcēderet. quo
deſcēdit lucifer in momēto ꝓpter vnum
peccatū. ꝛ quare. certe ꝓpter grauitatem
peccati Sȝ oīa pctā nō potuerūt impe
dire iſtū aſcenſū q̄n hūana natura ad ce/
lum aſcēderet. nō ꝙ pctā aſcenderent. ſed
pctā remouit. vt hoīes aſcēdere poſſent.
Si ergo volum⁹ ꝟtute iſtius aſcēſionis
aſcēdere ꝑmittam⁹ ꝙ xp̄c pctūm a nobis
amoueat ac etiā nos deponam⁹. Hebre.
xij. Propter qd deponētes omē podus
ꝛ circūſtans nos pctūm. ꝑ patientiā cur/
ram⁹ ad ꝓpoſitū nobis certamē ¶ Quar
to idē ptȝ ſi cōſideremus vn̄ xp̄c extraxit
animas ad ſecū aſcēdendū. q: de manu
demonū ꝑncipū potentiſſimoꝝ. quoꝝ
potētia omnē poteſtatē ſupat. vt dr iob.
xlj. Oſee. xiij. Ero mors tua o mors. mor

ſus tuus ꝛc ¶ Quīto idē ptȝ ex ꝯtinuita/
te q: q̄nto maior eſt ꝟtus tāto magis du
rat aſcēſus ꝛ motus. vt ptȝ in ſagitta. Sȝ
ꝟtus iſtius aſcenſus durabit vſq̄ȝ ad fi
nem mūdi. donec nō ſolū aīas. ſed etiā
corpa ſanctoꝝ omniū aſcēdere faciat. et i
infinitū duraret ſi mūdus nunq̄ȝ defice/
ret ¶ Cariſſimi ſi nōdum trahimur ore/
mus vt trahamur. vt di. auġ. Et ſic ptȝ ꝙ
aſcēſio xp̄i fuit magne potētie ꝛ ꝟtutis. ꝛ
ideo admirabilis. Admiramur enī ho/
mines magne potētie ꝛ ꝟtutis vt ſamſo/
nem ſalo. ꝛ ſic de ceteris. Et iō cātat eccia
Stant ſuſpēſi vultib⁹ De aſcēſione etiā
angeli admirati ſunt dicētes. Eſaie. lxiij.
Quis eſt ille q̇ venit de ed. gra. in mul. ꝟ.
ſu. Et ſic ptȝ ꝑmū. ¶ Scdō aſcēſio chriſti
deſcribitˀ fructuoſa. q: cap. dux. cap. Ubi
nota q̇nq̄ȝ fructus aſcēſioniſ xp̄i ¶ Pri
mus eſt reductō captiuoꝝ in ciuitatē ſu/
am. Deu. iij Reducet te dn̄s de. t. de cap.
tu. Zach. ix. Tu aūt in ſanguine teſtamē/
ti tui emi. vin. t. de lacu in quo nō eſt aq̄.
Hic cadit exemplum paulini epi nolani
qui tradidit ſeipȝ ſeruū ꝓ filio vidue va/
dens in africaȝ. ꝛ inde reduxit oēs capti/
uos ciuitatis ꝛ terre ſue. Sic fecit xp̄c Jo
han. xiiij. Si ego iteꝝ abiero venio ꝛ aſ/
ſumā vos ad meipm. vt vbi ego ſū ꝛ voſ
ſitis ¶ Secūdus eſt oſtenſio vie ꝛ aper
tio celi Mich. ij. Aſcēdit pādens iter ān
eos. Heb. iiij. Habētes ponti. mag. q̇ pe/
netrauit celos ieſum filiū dei. Siquidē
ante ianuā padiſi fuerat ꝓhibitiua rom
phea collocata. quā nullus vnq̄ȝ potuit
amouere niſi qui habet clauē dauid qui
apit ꝛ nemo claudit. claudit ꝛ nemo ape
rit. apo. iij. ¶ Tercius eſt reſtauratō rui
ne angeloꝝ. Nā draco ille magn⁹ ꝛ ſpēs
antiquus terciā ptē ſtellaꝝ traxit ſecū ad
terrā cauda ſua. vt ptȝ apoc. xij. Et ſic fuit
facta magna ruina in q̄libet ordine ange
loꝝ q: de q̄libet ceciderūt Anime aūt nō

facīunt ordinē de ſe in vita eterna quē fe
ciſſent ſi angeli nō cecidiſſent ſ; ad ſedes
angeloꝝ q̄ ceciderunt aſſumenť.q̇bus cō
pletis finieť mūdus vt aliq̇ dicunt. Quā
uis greğ.aliter dicat Dicit enī ꝙ illa ciui
tas ſupna ex hominibꝰ ꝛ angelis cōſtat.
ad quā credimꝰ tantū genꝰ humanū aſcē
dere quot angelos illic ꝯtigit remāſiſſe.
S; hoc a modernis nō teneť.ſ; magis ꝙ
tot aſcendūt quot angeli deſcenderūt.q̊
rum māſiones reſuanť hominibꝰ.vt ab
eis repleanť.q; nō patiť vacuū vt di.phi
loſophus Joh.xiiij In domo patris mei
māſiones multe ſunt. Pſal. Judicabit ī
natōibus im.rui.ꝛc ¶ Quartꝰ eſt miſſio
ſpūſſci qui nos inflamaret ꝛ faceret ſpū
aliter viuere Johā.vj. Expedit vobis vt
ego vadā.ſi enī nō abiero paclitus ñ ve
niet ad vos.ſi āt abiero mittā eū ad vos
¶ Quintus eſt meritū fidei q; magͤ me
remur nō vidēdo ipm ſi in ipm credimꝰ
q̄; ſi ipm viderem Greg. Fides nō hab;
meritū vbi humana rō pbet experimētū
ꝛ multominꝰ cui ſenſus atteſtať Joh.xx.
Beati q̄ nō viderūt ꝛ cre. Et ſic pat; quō
aſcenſio xp̄i multipliciť fuit fructuoſa.et
ideo imitabilis Debemꝰ enī xp̄m aſcen
dentē imitari in q̇nq; ſupradictis ¶ Pri
mo vt captiuā animā noſtrā.q̄ ſub pctō
venūdata fuit dyabolo in pmiſ pentibꝰ
ꝛ de padiſo expulſa.p grām xp̄i ad patri
am reducamꝰ.ꝛ dō q̇ illā fecit reddamꝰ
Math.xxij. Reddite ergo q̄ ſunt dei dō
Quidā nec reducūt ipi animā ſuā.ꝛ ali
os reducere volētes impediūt Et iſti fa
ciunt ſicut atalia q̄ vidēs filiū ſuū mortu
um.omne ſemē regiū interfecit.iiij Reğ.
xj Itē faciūt ſicut maſſarius malꝰ q̄ nō ſo
lum nō ſoluit debitū.ſ; omni mēſe addit
vſuras ſupra capitale Eſa.j. Sup quo p
cutiā vos vltra addētes puaricatōnem.
¶ Secūdo vt p verā penitentiā celū no
bis apiamꝰ Mat.xj. Regnū celoꝝ vim
patiť ꝛ violēti rapiūt illud.i.penitētes.q̄
in faciēdo penitentiā violentiā inferūt ſi
bi Et ad hoc ſignificandū aptū eſt celum
iohānı euāgeliſte in pathmos penitētiā
agenti ¶ Tercō vt p bonā doctrinā ꝛ bo
na exēpla aīmas ꝓximoꝝ cadētes a cetu
iuſtoꝝ.ad locū grē reducamus.j.Thi.iiij
Eſto exemplū fideliū in v̄bo in ꝯuerſati
one.in fide.in caritate.in caſtitate. Quia
vt di.auğ. Nullū ſacrificiū eſt deo ita ac
ceptū ſicut zelus animaꝝ.ij.Coꝛ.xij.ego
aūt libenť impendā ꝛ ſupimpēdar ipe p
ani.veſtris ¶ Quarto vt ſancte ꝛ ſpūa
liter viuamus ꝛ nō carnaliť. Sic enī in
telligiť Si nō abiero paclitus nō veniet
ad vos.i.ſi pn̄tiam meā corpalē ab ocul
veſtris nō abſtraxero vos ad ꝯgnitōem
inuiſibilis ſpūs nō pduco.ꝛ p ꝯſequens
ſpūaliter nō viuetis ſ; carnaliť qd̄ facere
nō debemus Ro.viij. Debitores ſumuſ
nō carni vt ſm carnē viuamꝰ. Si enī ſm
carnē vixeritis mori.ſi aūt ſpū fcā carniſ
mortificaueritis viuetiſ Gal.v. Qui aūt
ſunt xp̄i car.ſu.cru.cū vicijs ꝛ ꝯcu. Ma
thei.xvj. Qui vult poſt me venire abne
get ſemetipm.i.vitā carnalē ¶ Quīto vt
p fidē verā vite eterne meritū acq̇ramuſ
q; ſine fide impoſſibile eſt placere dō Et
p fidē oīa poſſibilia ſunt Heb.xj. San
cti per fidē vice.re.op.ſunt iu. adep.ſunt
re. Quia ꝛ regnū carnis ꝛ regnū mundi
ꝛ regnū celoꝝ p fidē vinciť. Imitemur er
go cariſſimi xp̄m aſcendentē in omnibuſ
ſupradictis.ꝛ caueamꝰ ſtultiſare vt mať
filioꝝ zebedei q̄ petijt filios xp̄o ꝯſedere
antequā aſcēderet. Math.xx. Dic vt ſe.
hi.d.fi.ꝛc. Et ſic p; ſecundū ¶ Tercio de
ſcribiť aſcenſio xp̄i gratioſa.q; dedit do
na hominibꝰ Ephe.iiij. Unicuiq; noſtꝛ
data eſt grā ſm menſurā donatōnis xp̄i.
Et ipe dedit quoſdā quidē apoſtolos.q̊ſ
dam aūt ꝓphetas.alios aūt euāgeliſtas
ali.vero pa.ꝛ do.in opus euangelij.ad

conſummatoꝝ ſanctoꝝ. vt ſcꝫ eſſent in gꝛa-
tijs ↄſummati .i. pfecti. Et iō cātat eccl'ia.
Alta xp̄c dn̄ aſcendit huis ſuis mnas gꝛa-
arum aſpēdit omniū Et hec fuit gratia ꝛ
eximia grā. qua in die aſcēſionis receſſu
rus ab eis ſic glo'ſus ꝛ imoꝛtalis. cui om
nis poteſtas in celo ꝛ in terra fuit elargi
ta. poſuit ſe ad mēſam ꝛ mādūcauit cum
eis. vt dicit marcꝰ. nec ab eis recipe obſe-
qtia recuſauit. ſicut viuēs comedit ī do-
mo zachei ꝛ hoſpitatꝰ eſt cū maria ꝛ mar
tha. Pſal. Aſcēdiſti in altū cepiſ. cap. ac-
ce. do. in hominibꝰ Inq̄ntū hō accepit in
q̄ntū deus dedit ¶ Ubi nota ꝙ poſtq̄m
xp̄c in ſua aſcēſione regnū ſuūꝫ poſſedit
q̄nqꝫ maxima dona ſuis apl'is ꝛ eoꝝ ſeq̄
cibus eſt largitus. ſ. donū lingue. donuꝫ
ſciētie. donū ↄſtātie. donū abdicātie ꝛ do
nū potētie ¶ Primū fuit donū lingue.
qḋ in die pente. in ſpē lingue dedit. vt in
oꝛe coꝝ oīa genera linguaꝝ naſcerentur
Act. ij. Repleti ſūt oēs ſpūſcō ꝛ ceperūt
loq̇ varijs linguis. Ut ſicut ī linguis ho
minū mūdus fuit diuiſuſ. vt pꝫ ī turri ba
bel. ita p linguas vniret in fide. Jo. x. Ali
as oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili. et
vo. m. au. ꝛ fiet vnū ouile ꝛ vnus paſtoꝛ.
Itē habuerūt donū lingue. vt verba coꝛ
tangētia pferrēt. Pſal. Ecce dabit voci
ſue vocē v̓tutis. Et ideo ad eoꝝ v̓ba ho-
mines ↄpungebanť ꝛ ↄuertebanť. Act. ij
Factū eſt aūt vt dū petrus hoc diceret cō
puncti ſūt coꝛde ꝛ dixerunt ad petꝝ ꝛ ad
reliquos apl'os. Quid facienꝰ viri frēs.
In eodē. x. Factū eſt aūt loquēte petro ce
cidit ſpūſſanctꝰ ſup oēs qui audierūt v̓-
bum. Uerba noſtra nō tangūt coꝛ. ꝛ ideo
pauci ↄuertunť ad v̓ba noſtra. Item ha
buerūt donū lingue. vt nunq̄ꝫ in lingua
offenderēt. j. Coꝝ. iiij. Nihil mihi ↄſcius
ſum. Ja. iij. Si q̄s in v̓bo nō offendit hic
p. eſt vir. Itē habuerūt donum lingue vt
doctrinā altiſſimā pferrēt vt pꝫ in epiſto
lis pauli. Itē habuerūt donuꝫ lingue. vt
nullus eoꝝ v̓bis reſiſtere poſſet. Math.
Ego dabo vobis os ꝛ ſapientiā. cui non
poterunt reſiſtere oēs aduerſarij veſtri
¶ Secūdm fuit donū ſciētie. q꜄ ſine docto
re omīa ſciuerūt. Jo. iiij. Spūſſcūs queꝫ
mittet pater in nomīe meo iſte vos doce
bit omīa. Omīa ergo moꝛalia ꝛ natura-
lia ꝛ ſupnaturalia ꝛ diuina. ꝛ breuit̄ om-
nia expediētia ad ſalutē ſciuerūt. ac etiaꝫ
dono pphetie claruerūt p qḋ futura ſci-
uerūt. vt pꝫ in apo. ꝛ ep̄lis eoꝝ. Et quare
omnia ſciuerūt. Certe q꜄ illū ſciuerunt in
quo ſūt oēs theſauri ꝛ ſapīe ꝛ ſcīe dei ab
ſconditi. Col'. ij. j. Coꝝ. ij Nō eni iudicaui
me aliq̇d ſcire inter vos niſi xp̄m ieſum ꝛ
hūc crucifixū. Et q꜄ ſcīa inflat ſine carita
te. j. Coꝝ. viij. iō cū dono ſciētie habuerūt
feruentiſſimā caritatē. Ro. v. Caritas di
diffuſa eſt in coꝛdibꝰ noſtris p ſpūmſcūꝫ
q̇ datus ē nobis. Ephe. iij. In caritate ra
dicati ꝛ fundati. Et q꜄ ipi habuerūt pfe-
ctam ſciam cognouerūt q̄ꝫ grāde maluꝫ
eſt peccatū ꝛ q̄ꝫ grāde bonū eſt v̓tus. ꝛ iō
potius voluerūt moꝛi q̄ꝫ pctūm ↄmitte-
re ꝛ v̓tutē pdere Nos aūt p nihilo habe
mus pctūm ↄmittere ꝛ v̓tutes pdere. Et
quare. Certe q꜄ nō habemꝰ pfecte ↄgniti
onē eoꝝ q̄ faciūt homīes dū peccāt. vt dꝛ
ad heb. x. j. Coꝝ. ij. Si eī ↄgnouiſſent nū-
q̄ꝫ dn̄m glīe crucifixiſſent ¶ Terciuꝫ fuit
donū ↄſtantie ꝛ foꝛtitudīs. q꜄ firmiſſime
ſteterunt in p̄lio. nec minis nec blandici-
is ceſſerūt. nec aduerſis ſunt fracti nec p
ſperis elati. Phi. iiij. Scio abūdare ſcio
et penuriā pati. omīa poſſum in eo q̇ me
cōfoꝛtat. Un̄ nec demones cū tēptamen
tis. nec pncipes cū toꝛmētis. nec mūdus
ꝛ caro cū oblectamētiſ. poterūt eos a xp̄i
caritate euellere. Ro. viij. Quis nos ſe-
parabit a caritate xp̄i tribu. an angu. ꝛc.
Certus ſum eni q꜄ neqꝫ moꝛs neqꝫ vita.
nec ang. neqꝫ pfun. neqꝫ inſtātia neqꝫ fu

tura.neqꝫ cre.a.po.n.ſ.a cari.dei. Sed ve
nobis q꞉ nihil eſt quaſi qđ nos ſeparꝫ a
deo.ꝛ modica tribulatõ ꝛ modica tēpta/
tio.ꝛ modica delectatõ nos deijciūt et ꝓ
ſternūt.ij.Reg.xiiij.Omēs morimur.ſꝫ ĩ
peccatiſ.ꝛ quaſi aqua dilabimur ſup ter
ram ¶ Quartū fuit donū abdicãtie ꝛ cõ
temptus omniū bonoꝝ mūdi.q꞉ omnia
ꝯtempſerūt ꝛ honores ꝛ diuitias ꝛ deli/
cias. Phi.iij. Omīa arbi.ſ.vt ſter. vt xpꝫ
lucri.Act.iij Argentū ꝛ auꝝ nõ eſt mihi
Cariſſimi illud fuit maximū donū. Et qſ
eſt iſte tã ꝑfectus vt omīa reſpuat tanqꝫ
nihil.imo beatū dixerūt ꝑplm cui hec ſūt.
Pſal. Nonne iſta queſiuit abraã yſaac
ſalomõ dauid ꝛ multi alij ſancti veteris
teſtamēti.Sꝫ hoc donū fuit reſeruatum
apoſtolis tanqꝫ ꝑfectiſſima res.Math.
xix.Ecce nos reliq.om.ꝛ ſecuti ſumus te.
¶ Quintū fuit donū ꝑfecte potētie Nã
ſup omīa plenã ꝛ ꝑfectã potentiã habue
runt.ſꝫ ſup celū ꝛ terrã ꝛ infernū ſup ani/
mã ꝛ corpꝰ ſup homines ꝛ demones ſup
totã naturã ꝛ ſup omnē creaturã.Mat.
xvj.Tibi dabo claueſ regni celoꝝ Et por.
inferi nõ ꝑualebūt aduerſus eã ꝛc.Et in
maiori copia acceperūt apoſtoli grãꝫ fa/
ciendi miracula qꝫ xp̄c.Jo.xvj. Qui cre/
dit in me opa que ego facõ ꝛ ipe faciet et
maiora hoꝝ faciet. Non eni legit̃ ꝙ chri
ſtus ad vmbrã ſanauerit infirmos ſicut
ꝛ petrus.vt pꝫ act.v.neqꝫ ad tactū veſti/
menti ſuſcitauerit mortuos vt ioh.euan
geli.vt in eccliaſtica narrat hiſtoria Hoc
fuit figuratū in helya ꝛ heliſeo. Quãdo
eni helyas raptus eſt in celū.heliſeus pe
tijt vt ſpūs helye fieret duplex in ſe et ſic
factū eſt.vt pꝫ.iiij.Re.ij.Helyas chriſtuſ
heliſeus q̇ erat cū filijs ꝓphetaꝝ chorus
apoſtoloꝝ.Et ſic apparet quomõ chriſti
aſcenſio gratioſa fuit.ꝛ ĩdõ venerabilis.
Veneremur ergo cariſſimi donū ſcĩētie
in ꝓphetis.q꞉ ſpūſancto inſpirati locuti

ſunt ſancti dei homĩes.ij.Pe.j.Donum
lingue in doctoribus q꞉ nõ vos eſtis lo/
quētes ſꝫ ſpūſſanctus.Mar.xiij. Donū
ꝯſtantie ꝛ fortitudinis in martiribus.q꞉
in xp̄o omīa vicerūt.Donū abdicãtie et
ꝯtemptus in ꝯfeſſoribus q꞉ ꝓpter xp̄um
omīa abdicauerūt ꝛ ſeipos in dei iudicõ
mactauerūt.Donū potētie in ṽginibus
q꞉ in ſexu fragili victoriã de mūdo de car
ne ꝛ de hoſte habuerūt.Eſa.xl. Qui ſpe/
rant in dño mutabūt fortitudinē Et hec
omīa in apoſtolis ampliori deuotõe ve
neremur.q꞉ qđ ſparſuꝫ eſt in alijs ꝑ par
tes in eis fuit gratioſius ꝯgregatū. Luc.
xxij. Vos eſtis q̇ ꝑmanſiſtis mecuꝫ in tē/
ptatõnibus meis ꝛ ego diſpono vobis
ſicut diſpoſuit mihi pat̃ meus regnū.i.ſi
cut pater mihi regnū.id eſt.ecciam mili/
tantē tradidit in abundantia grãꝝ ꝛ do/
noꝝ.ita ꝛ ego trado vobis.Johã.j. De
plenitudine eius nos omēs accepimus.
Et ſic patet totum.

¶ In feſto aſcēſionis dñi de euãgelio
## Sermo LIX

Et dominꝰ qui-
dem ieſus poſtqꝫ locutus eſt
eis aſſumptꝰ eſt in celū ꝛ ſedꝫ ad dextris
dei.Mar.vl.Sicut dicit beatus lucas ĩ
actibus.vt patꝫ in epiſtola hodierna.et
etiã hic tangit̃.dñs noſter ieſus chriſtus
poſtqꝫ ꝑ dies.xl.ꝓbauerat ſuã reſurrecti
onē apoſtolis ꝑ multa argumēta imo ꝑ
omnē modū quo ꝓbari potuit et debuit
hodie ſcꝫ quadrageſima die a reſurrecti/
one diſcipulis recūbentibus ꝛ comeden
tibus in cenaculo in hirlm apparuit ꝛ co
medit cū eis.Et tunc in menſa quattuor
dixit eis. Primo exꝓbrauit incredulita
tem ꝛ duriciã cordis eoꝝ q꞉ his q̇ vide/
rant eū reſurrexiſſe a mortuis non credi
derunt.nec adhuc ꝑfecte crediderūt.cuꝫ
ꝑ tot argumēta ſe ꝓbauerit reſurrexiſſe.

Secūdo dixit ꝙ irent in mundū vniuerſum ⁊ p̄dicarēt euangeliū omni creature Hec duo patēt in hoc euangelio. Tercio dixit ꝙ poſt ſuā aſcenſionem a hieroſolimis ne diſcederēt donec īduerent virtute ex alto. id eſt reciperēt ſpūm ſanctū vt dicit lucas. Quarto duxit eos extra. id ē iuſſit eos ire extra ciuitatē in bethaniā. in montē oliueti. ⁊ tūc diſparuit. Et cum eſſent ꝯgregati in monte oliueti iterū apparuit eis. ⁊ eleuatis manibꝰ benedixit eis. Et ſic hodierna die bis apparuit eis. Et apoſtoli q̄ſierunt ſi in tēꝑe hoc id eſt. poſt reſurrectōnem. ſtatim deberet reſtitui regnū iſrael temꝑale vel ſpūale. vt dicit gloſa. Erant animi diſperſi filij iſrael ⁊ nō habebūt regnū nec regē ꝓpriū. Unde queſierūt ſi debeant reuniri in vno regno ⁊ regere ſicut temꝑe ſalomonis Lu. xxiiij. Nos aūt ſperabamꝰ ꝙ ipē eſſꝫ redēpturus iſrael Uel querūt de ſpūali qđ fiet in fine mūdi. qn̄ iudei ꝯuertent ad xp̄ꝫ ⁊ regnū iſrael reſtituet eis. id eſt. vera cognitō dei in p̄nti ⁊ in futuro. Nā iſrael īterp̄tat vidēs deū. Hiere. xxiij. In diebꝰ iſtis ſaluabit iuda ⁊ iſrael habitabit confidenter. Et ad hoc chriſtus reſpondet ꝙ nō erat illoꝝ illud tempꝰ noſſe qđ ſolus pater ſciebat. Mar. xiij. De die aūt illo ⁊ hora nemo ſcit neqꝫ angeli in celo. neqꝫ filius niſi pater. Et cum ſic reſpondiſſet eis ait. Accipietis v̓tutē ſpūſſancti et ibitis ꝑ totū mundū p̄dicando ⁊ teſtificando mihi ⁊ mee nature. mee perſone ⁊ mee doctrine mee morti mee reſurrectōi ⁊ mee aſcēſioni. Et cū hec dixiſſet eleuatis manibus aſcēdit ī celū ⁊ diſcipuli ſtabant aſpiciētes in celū ⁊ duo angeli apparuerunt dicētes ꝙ ieſus nō deberet amplius redire in terrā niſi iudicaturꝰ mūdum ⁊ his dictis diſparuerūt. tunc diſcipuli cum magno gaudio regreſſi ſunt in hieruſalē expectātes v̓tutē ſpūſſanti ſicut mandatū fuerat eis. Circa xp̄i aſcenſiōeꝫ ad noſtrā inſtructōem ⁊ edificatōꝫ ſeptē ſunt querēda. Primo quare xp̄c nō ſtatim poſt reſurrectōem aſcēdit. Secūdo vbi ſtetit Tercō quare. xl. diebus an̄ aſcēſionē ſtetit ⁊ nō plus nec minus. Quarto quare de mōte oliueti aſcēdit. Quīto quomodo aſcēdit. Sexto quare aſcēdit. ⁊ quare nō ſemꝑ hic nobiſcū. ſtetit. Septimo quo aſcēdit ¶ Primo ergo q̄rit. quare nō ſtatim poſt reſurrectōꝫ aſcēdit cum ſtatim poſt mortē aīe que bn̄ vixit debeat celū. Ad hoc dicendū ꝙ ꝓpē duo xp̄c nō ſtatim ſurgēs aſcēdit ¶ Primo vt ꝑ multos dies ⁊ ꝑ multa argumēta ſe glorioſum reſurrexiſſe approbaret. Erat enī hoc valde difficile credere. cū nullus vnquā ſurrexit glorioſus Unđ hoc mortaliū pectora nullo mō ſubito capere potuiſſent cum etiā ꝑ interualla tempoꝝ vix capere potuerūt. Itē apoſtoli viderunt ligari linteaminibus corpus eius ⁊ claudi in ſepulcro. Unde ſi ſtatiꝫ ſurgēs aſcēdiſſet. credidiſſent ipm̄ furatū fuiſſe a iudeis ne ab hominibus coleret. ſicut ecōuerſo crediderunt iudei diſcipulos ipm̄ furatū fuiſſe. vt ꝓ deo coleret. Mathei. xxviij. Iube ergo cuſto. ſepul. ne for. ve. di. eius ⁊ fu. eū ⁊ d. ple. ſur. a mor. Et ſic tota fides periſſet. Fuit ergo neceſſariū omnimo xp̄m reſurrectōem ſuā per mlt̄a argumenta probare ne poſteri dubitarent Un̄ leo papa dicit ꝙ dubitatū ē ab iſtis ne nos dubitaremus. probatū eſt illiſ vt nos firmiter teneremus ¶ Secundo vt diſcipulos ⁊ matrē ſuā de triſticia mortis ſue ꝯſolaret. ⁊ in diſcipulis verā fidē ſpem firmā. ⁊ amorē generaret. que omnia iam perdiderāt. Luce. xxiiij. Nos autem ſperabamus ⁊c. quaſi diceret. ſꝫ amplius nō ſperamus. Quia tūc aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. et quoniā ſic oportebat xp̄m pati ⁊ reſurge

re a mortuis. Luce. xxiiij. Fecit ergo chri/
ſtus vt verus amicus. q2 recordatus fu/
it amicoꝝ tēpe exaltatōnis ſue. Multi
autē amicoꝝ preteritoꝝ ſuccedētibus ꝓ/
ſperis obliuiſcunt vt pincerna pharao/
nis ioſeph. Geñ. xlj. Sed non xp̄c Pſal
miſta Adhereat lingua mea fau. me. ſi ñ
me. t. ſi non ꝓ. hie. in p̄n. le. mee. ⁊c. ¶ Se/
cundo querit vbi ſtetit chriſtus quadra
ginta diebus. Ad hoc dicendū ꝙ chriſtꝰ
reſurgens a mortuis ſecū duxit omnes
animas que ab origine mundi erant in
limbo ſanctoꝝ patꝝ. ita ꝙ ille locus om/
nino vacuus ꝑmanſit. ⁊ ſtetit cum eis in
hoc mundo. ſʒ vbi ſteterit in tota ſcriptu
ra non repit. nec aliqs ꝓphetaꝝ q̄ om̄ia
facta xp̄i p̄dixerunt de hoc aliqd inſinu/
at. Nec auguſtinus nec aliqs doctor de
hoc aliquid determinat. ⁊ hoc valde ra/
tionabiliter ꝓpter quattuor ¶ Primo
ad oſtendendū ꝙ aīa ⁊ corpus glorio/
ſum nō determinant ad aliquē locū ſpe/
cialiter. nec a loco aliqd accipiūt ſʒ habēt
poteſtatē ſuꝑ omnia loca ⁊ locata Et qñ
volunt oſtendūt ſe. ⁊ quādo volunt non
oſtendūt ſe. ⁊ ſimiliter quomodo volūt
oſtendūt ſe ſcʒ glorioſe. vel non. Uñ xp̄c
apparens apoſtolis non oſtendebat cor/
pus ſuū glorioſum. quia oculi mortales
non potuiſſent illud ferre vel videre. vt
dicit auguſtinus. Unde corpus glorio/
ſum ⁊ anima exiſtens in igne nihil pate/
retur ab igne. ꝙ aūt aīa patiat ab igne in
ferni hoc nō eſt niſi inq̄ntū ignis ille agit
vt inſtrumentū diuine iuſticie. ſicut vnꝰ
ribaldus ſuſpendit vnū comitē vt mini/
ſter regiſ ¶ Secūdo ad oſtendēdum ꝙ
beatitudo nō ꝯſiſtit in aliquo loco ſʒ ſo/
lum in viſione. Uñ aīa beata exiſtens
in inferno ⁊ vbiqʒ ſemꝑ eſt in gl'a eterna
Lu. xxiij. Hodie mecū eris in paradiſo. Et
tñ iſta die aīa latronis ad infernuʒ de/
ſcendit Unde ſancti dicunt ꝙ angeli qui
nobiſcū morant ſꝑ ſunt in gl'a dī. Mat.
xviij. Angeli eoꝝ in celis ſemꝑ vidēt faci
em patris mei qui in celis eſt. Exemplū.
ſicut ſol lucens in mundo oēs tenebras
fugat. et omne aliud lumen obfuſcat. ſic
deus exiſtens in anima glorioſa. in qua
coniunctōne ꝯſiſtit gaudiū glorie. omnē
penam a corpore excludit ex redundātia
glorie anime in corpus. Et omnē aliā de
lectatōnem inſipere facit. Auguſtinus.
Guſtato ſpiritu deſipit omnis caro. Et
ꝙ celum empireū dicat locus eſſe beato/
rum. hoc non eſt de eſſe glorie. ſed de be/
ne eſſe. ⁊ quia deus in eo oſtendit gloriā
ſuam ¶ Tercio ad oſtēdendū ꝙ nullus
locus nec aliqua res de iſtis inferioribꝰ
eſt digna anima ⁊ corpore glorioſo. imo
ip̄a excedunt omnia inferiora. Hic cadit
exemplum de ſaracenis qui vadunt me/
cham ad videndū oſſa machameti ⁊ eru
unt ſibi oculum qui vidit oſſa eius dicē/
tes ꝙ non eſt dignuʒ ꝙ ille oculus aliqd
aliud videat. Unde de quodam legitur
ꝙ videns beatam virginē eruit ſibi ocu/
lum cum quo eaʒ vidit ⁊ dicebat ꝙ libē/
ter erueret ſibi alium ſi eam iterꝝ videret
tantam delectatōem ipſe ſenſit ¶ Quar
to ad oſtendenduʒ ꝙ ipſe erat verus de/
us qui eſt vbiqʒ. ⁊ non magis in vno lo/
co q̄ʒ in alio. ¶ Tercio queritur. quare
quadraginta diebus ſtetit. et non plus
nec minus. Ad hoc dicendum. ꝙ fecit ꝓ/
pter quattuor. ¶ Primo ad oſtenden/
dum ꝙ poſtquā homo reſurrexit a mor/
te peccati. que vocatur reſurrectio p̄ma
apocalipſis. viceſimo. Beatus qui ha/
bet partem in reſurrectōne prima. quod
fit per veram confeſſionem. ⁊ contritio
nem. non ſtatim aſcendit in celum. niſi
poſt quadraginta dies. id eſt. poſt ple/
nam ſatiſfactionem. et poſt completam
penitentiam. que per quadragenarium
numerum deſignatur. ¶ Satiſfactio

enī eſt eſſentialis pars penitētie. Hoc fu
it figuratū in helia q̇ poſtquā dormierat
ſub iunipero ⁊ comederat panē ſubcine
ricū ab angelo ſibi aꝑportatuꝫ. ambula/
uit quadraginta diebꝰ ⁊.xl.noctibꝰ ante
q̄ꝫ ꝑueniret ad montē oreb.iij. Regū.xix.
Helyas dormiēs ſub iunipero hō mori/
ens ſub penitētia q̄ ꝑ iuniperꝫ deſignat̄ q̄
eſt exteriꝰ valde aſpera.ſꝫ ex ea fit oleum
ſicut ex iunipero.omnē aīe tumorē ſanāſ
q̇ recipit panē ſubcinericiū ab angelo.id
eſt.corpus xpi.⁊ omīa ſacramēta a ſacer
dote. Malach.ij. Angelus enī dn̄i exer/
citū eſt Nec ꝓpter hoc ſtatim vadit ad
celū niſi ꝑus penitētiā ꝯpleat.j.Co.iij Ip
ſe aūt ſaluꝰ erit ſic tn̄ quaſi ꝑ ignē. Itē fu
it hoc figuratū inq̄ntū filij iſrael ſteterūt
xl.annis in deſerto antequā intrarēt ter/
ram ꝓmiſſionis. Vn̄ a ſanctis purgato/
rium ponit̄.vt ſi hic penitētia nō ꝯpleatur
ibi ꝯpleat̄ ¶ Secūdo ad oſtendendū.ꝙ
ꝯſolatōes quas deꝰ dat ſuis ſuis ꝯpant̄
ad tribulatōes quas deꝰ ꝑmittit eis eue
nire ſicut annꝰ ad diē.⁊ dies ad horā.eti/
am in vita iſta. Eſa.lxj. Predicate annū
placabilē dn̄o ⁊ diē vltōnis deo noſtro.
Illud aūt tꝑus vt dictū eſt fuit tꝑs cōſo/
latōnis.quo apl̄os fuit ꝯſolatus Quia
ergo.xl.horis fuerūt deſolati ī morte xpi
tantū enī iacuit in ſepulcro mortuꝰ. vo/
luit eos.xl.diebꝰ ꝯſolari ſua p̄ñtia ⁊ locu
tōne. Math.xix. Centuplū acci.⁊ vi.eter
nā poſ. ¶ Tercō ad deſignādum ꝙ ſicut
deus.xl.diebꝰ pluit aquā tribulatōnis ⁊
vindicte in diluuio qn̄ totū munduꝫ ſub
uertit.ita xp̄c.xl.diebꝰ pluit aquā grāruꝫ
⁊ miſericordie omnibꝰ volētibꝰ recipe in
maiori copia q̄ꝫ tūc effuderit aq̄s. Jo.iij.
Nō dat deꝰ ſpūm ad mēſurā.ps. Miſe/
ricordia dn̄i plena ē terra. Et fuerunt tot
ille grē ꝙ redundauerūt ad noſ ⁊ ad om
nes poſteros redundabunt.q2 oēs grās
quas fecit aplis q̇ tūc aderant in eis fecit
nobis. Jo.xvij. Nō rogo ꝓ eis tantū. ſꝫ ꝓ
eis q̇ credituri ſunt ꝑ verbū eoꝝ In eodē
ꝓmo. De plenitudine eiꝰ nos oēs acce/
pimus Vnuſquiſqꝫ enī ꝓpriā mercedeꝫ
accipiet ſm̄ laborē ſuū.vt dicit apl̄s.j.co.
iij. ¶ Quarto ad oſtendēdū ꝙ mlto plu
ra requirunt̄ ad ꝓbandū reſurrectōeꝫ q̄ꝫ
mortē ⁊ corꝑaliter ⁊ ſpūalit̄ Et iō triduū
ſepulture ſuffecit ad ꝓbandū mortē. et q̄
dragenariū ad ꝓbandū reſurrectōꝫ. Ad
vitā enī multa requirunt̄. Ad mortē aūt
ſolum ſufficit vnū. Similiter ad vitā ſpi
ritualē multa valde requirunt̄.ſ. omneſ
v̓tutes.ſeptē dona ſpūſſancti. ſacramēta
eccleſie. Ad mortē aūt ſolū vnum ſufficit
Ja.j. Si quis aūt totā legē ſeruauerit of
fendat autē in vno factus eſt omniū reꝰ
¶ Quarto querit̄ quare de monte oli/
ueti aſcendit. ¶ M ¶ Vbi nota ꝙ xp̄c
aſcenſurus celū.quattuor fecit ad nr̄am
inſtructōem.q2 comedit.egreſſus eſt ciui
tatē.aſcendit montē.⁊ benedixit apoſto/
lis. Hec quattuor aſcēſuri in celuꝫ.ſcꝫ in
morte nos facere debemꝰ. ¶ Primo eī
debemus comedere.i.corpꝰ xpi digne ſu
mere. Johā.vj. Ego ſum panis viuꝰ qui
de celo deſcēdi.ſi q̇s man.ex hoc pa.vi.i/
eternū.⁊ nō moriet̄.ſꝫ trāſibit ō morte ad
vitā. Auguſtinus. Cibus ſum grandiuꝫ
creſce ⁊ māducabis me.nec tu me muta/
bis in te.ſꝫ tu mutaberis in me. Hebr.v.
Perfectoꝝ autē eſt ſolidus cibus. Qui
autē indigne mā.⁊ bi.iu.ſi.mā.⁊ bi.j.coꝝ.
xj. Iſte cibus viaticū aꝑpellat̄.q2 nos du
cit ad vitā eternā. Figura.qn̄ helyas de/
buit ire ad montē oreb. comedit panem
ſubcinericiū.iij.reg.xix.qui corpꝰ xpi deſi
gnat ¶ Secundo debemus exire ciuita
tem.id eſt.omnia carnalia et mundana
funditus deſerere.⁊ deſiderium noſtruꝫ
ab eis totaliter eleuare.⁊ ſolum ſpiritua
libus inhiare. Geneſ.duodecimo. Egre
dere de terra tua ⁊ de cognatōe tua ⁊ de

domo patris tui. Figura. mandatū eſt in
lege ꝙ omē ſacrificiū cuiꝰ ſanguis infere
batur in ſcā ꝑ pctō cremaretᷣ extra caſtra
Heb. xiij. Quoꝝ aīalium inferṫ ſanguis
ꝑ pontificē ꝑ pctō in ſancta hoꝝ corpora
cremanṫ extra caſtra Propṫ qđ ieſus vt
ſanctificaret ꝑ ſuū ſangnē ꝑplm. extra por
tas paſſus eſt. Exeamꝰ ergo ad euꝫ extra
caſtra omīa terrena ꝑ deſideriū relinqn/
do. Hic cadit exemplū illius diuitiſ q̄ ita
amare fleuit ī morte ꝙ tot bona relinq̄re
debebat. q̄ poſtea apparuit dicēs ꝙ dam
natus eſſꝫ ¶ Tercō debemꝰ aſcēdere mō
tem fidei ⁊ ſpei ꝑ ꝯtemplatōꝫ. qꝛ debemꝰ
credere ⁊ ſperare illā beatā vitā. Thob. ij
Filij ſanctoꝝ ſumꝰ ⁊ illā be. vitā expecta/
mus. Debemꝰ ergo vſus celuꝫ dirigere
oculos mētis noſtre ſicut ad locū noſtre
q̄etis. Figura. mandatū eſt moyſi qn̄ de/
bebat mori ꝙ aſcēderet montē ⁊ cōtēpla/
reṫ terrā ꝑmiſſionis. Qui aſcendēs ⁊ cō
templās terrā mortuꝰ eſt in mōte. vt pꝫ.
deut. xxxiij. Vn̄ beatꝰ martinꝰ ꝑpe mor/
tem ait Sinite me celū videre vt ſpūs di
rigaṫ ad dominū. Et beatꝰ auguſtinꝰ an̄
ſeptē dies obitus ſui ſeptē pſalmoſ peni
tentiales ſcriptos fecit figi in pariete an̄
oculos ⁊ mandauit ꝙ nullus ingrede
tur ad eū vt totꝰ eſſet intētus ad celeſtia
¶ Quarto debemꝰ omnibꝰ benedicere
id eſt. omnibus ꝑcere ⁊ bonā voluntatē
habere. ſicut fecit xp̄c dicens. Pater di/
mitte illis qꝛ neſciunt qđ faciūt. Lu. xxiij.
Sed quare de mōte oliueti magis q̄ꝫ de
alio monte aſcendit. Ad hoc dicendū ꝙ
hoc fecit ꝑpter ſignificatōem. Nā mons
oliueti duo ſignificat ſine q̄bus homo n̄
poteſt aſcendere celū ⁊ ꝑpter que homo
celū aſcendit. Nā qꝛ mons ſignificat al/
titudinē fidei. ſꝫ qꝛ mons oliueti ſiḡficat
oꝑa miſericordie que ꝑ oleū ſignificanṫ.
Sine illis aūt nō poſſumus celū aſcēde
re. Nā de fide dicit apl̄s ad heb. xj. Sine

fide impoſſibile eſt placere deo. De ope
ribus miſericordie dr̄. math. v. Beati mi
ſe. quoniā ip. mi. ꝯſe. Unde in iudicio fit
ſolū diſceptatō de opibus miſericordie ⁊
ꝑ ipſis ſaluabunṫ ⁊ dānabunṫ homines.
.j. thi. iiij. Pietas ad omīa vtilis eſt. pro
miſſionē habēs vite que nūc eſt ⁊ future
Propter defectū illius olei fuerunt ille
q̄nq̄ꝫ vgines fatue excluſe a regno. vt pꝫ
math. xxv. Hoc fuit figuratū gen̄. xxviij.
quādo iacob ibat in meſopotamiā ſirie.
⁊ ꝑuenit ad pedē mōtis oliueti ad locuꝫ
vnde xp̄c aſcendit. qui accipiēs lapidem
ſuppoſuit capiti ſuo quē poſtea vnxerat
fundens oleum deſuꝑ. qui dormiens vi
dit celū aptum ⁊ quedā ſcala erigebaṫ ſu
per lapidē vſq̄ꝫ ad celū. Lapis xp̄c eſt. id
eſt fides de xp̄o. oleū opera miſericordie
que debēt fundi ſuper xp̄m. id eſt. debēt
fieri in fide xp̄i ⁊ ex amore xp̄i alias ꝑde/
renṫ. Et opera ſic facta faciunt nos aſcen
dere ⁊ aperiūt nobis celum. ¶ Quinto
queriṫ quomodo aſcēdit. Ad hoc dicen/
dum ꝙ quadrupliciter aſcendit ſcꝫ ꝓprijſ
viribus cū magna victoria. cum magno
triumpho. ⁊ patenter. ¶ Primo aſcen/
dit proprijs viribꝰ. id eſt. merito ſue actō
nis Philipen̄. ij. Humiliauit ſemetip̄m
ꝛc. ꝑpter quod ⁊ deus exaltauit illū Sic
⁊ nos debemus aſcendere merito operū
noſtroꝝ informatoꝝ gratia dei. Quidā
volunt aſcendere celum ſoluꝫ in virtute
aliorum. quia in vita nihil faciunt. ſed ſo
lum in morte dimittunt elemoſinas dā/
das pauperibus. ⁊ rogant commenda/
ri miſſis ⁊ orōibꝰ. Sꝫ nota illđ mat. xxv.
Ne forte n̄ ſufficiat nobis ⁊ vobis. puer
biū eſt. Tarde ſaturaṫ q̄ alienis manibꝰ
ore halaṫ. Quidā vo qđ peiꝰ ē aſcendere
volūt ſine merito vt lucifer ¶ Scđo aſcē/
dit cū magna victoria Nā ipſe vicit mun
dū. religauit dyabolū. expoliauit iſernū
enarrauit pctūm. đſtruxit mortē. ꝯtēpſit

honores.diſpſit diuitias.ſuffocauit deli
cias.calcauit mare.aſcẽdit p aerẽ.repara
uit naturã.reddidit vitã.apuit padiſum
recupauit celũ.⁊ breuit̃ omĩa fortia vicit
Apo.v. Uicit leo de tribu iuda Un̄ can
tamus. Redit cũ victoria capta ducens
ſpolia. Sic ⁊ nos debem⁹ vincere ſi vo/
lum⁹ cũ ipo aſcẽdere Apo.ij. Uincẽti da
bo edere de ligno vite qđ ẽ in padiſo dei
mei.ij.thi.ij. Nemo coronabit ni.q le.cer
ta. Sed heu hodie cariſſimi oĩa nos vin
cunt diuitie ⁊ delicie ⁊ honores ⁊ dyabo
lus ⁊ vita ⁊ mors ⁊ pctã ⁊ natura. elemẽ
ta ⁊ creatura ⁊ breuit̃ omĩa nos vincunt
ac etiã vna breuis tẽptatõ Et qđ ꝓdeſt ſi
gẽtibus dñamur.⁊ nobiſipis dñari non
poſſum⁹.vt ait ↄſtãtinuſ. Et iõ nõ poſſu
mus in celũ aſcẽdere nec padiſuꝫ obtine
re Mat.xj. Regnũ celoꝝ vim patit̃ ⁊ vi/
olenti rapiũt illud ¶Tercõ aſcendit xp̃c
cũ magno triũpho ⁊ gaudio Pſal. Aſcẽ
dit deus in iubilatõe ⁊ do.in vo.tu. Et q̃
re voluit tantũ iubilũ ⁊ honorem in ſua
aſcẽſione. certe vt nos aĩmaret ad fortit̃
dimicandũ ⁊ vincenduꝫ.qꝛ eodẽ mõ ho/
norabimur aſcendẽdo Lu.xxij. Ego diſ.
vo.ſicut diſpo.m.pa.me.reg. Heſter.vj.
Sic honorabit̃ quẽcunqꝫ rex honorare
voluerit Un̄ in hiſtorijs romanis legit̃.
ꝙ qñcunqꝫ aliq̃s roman⁹ redibat cũ ple/
na victoria.impator ⁊ ſenatores ibant ei
obuiã cũ magno triũpho ⁊ ponebãt euꝫ
in curru aureo.⁊ faciebãt ei arcũ trium/
phalẽ ad recordatõem vt alij animarent̃
ad victoriã Sic ⁊ deus pat̃ fecit chriſto.
cui cũ omnib⁹ angelis obuiauit.⁊ poſu/
it eũ in cãdida nube tanquã in curru au
reo ⁊ cũ magno triumpho deduxit in ce
lum.⁊ ad ſuã dextrã collocauit. Et qua/
re.certe vt nos ad victoriã animaret.
Quarto aſcẽdit patẽter.qꝛ videtib⁹ illis
omnib⁹ eleuatus ẽ in celũ. Sic ⁊ nos pa
tenter debem⁹ ire v̄ſus celũ ⁊ clare diſpo
nere nos ⁊ noſtra.vt omẽs in morte no/
ſtra glorificẽt deũ ⁊ v̄e credãt nos ituroſ
ad celũ Lu.xij. Sint lumbi veſtri p̄cincti
⁊ lucerne ardẽtes in manib⁹ ve. Quidaꝫ
in morte ita intricãt ſe ⁊ ſua ⁊ ita ſe inol/
uunt ꝙ neſcit aliq̃s q̃ debeãt ꝑuenire ad
vitã vel ad mortẽ.⁊ pl⁹ ↄſtant cauſe ⁊ iu
dices q̃ꝫ ſit emolimentũ heredũ. Et qꝛ ip
ſi oĩa abbaruffant.iõ dyabol⁹ abbaruf/
fat eos. Greg. Hac animaduerſatõe per
cutit̃ pctõr ut q in uita oblit⁹ eſt dei.in fi/
ne obliuiſcat̃ ſui Ro.j. Qui cũ iuſticiam
dei ↄgnouiſſent nõ intellexerũt. quoniã
q̃ talia agũt digni ſũt morte ¶O ¶Se
xto querit̃ q̃re aſcẽdit ⁊ q̃re nõ ſp hic no/
biſcũ ſterit Ad hoc dicendũ ꝙ hoc fecit ꝓ
pter ſeptẽ ¶Primo vt vlteri⁹ ſpũaliter
viuerẽt homĩes ⁊ nõ carnalit̃ qꝛ vita ſpi
ritualiſ incipiebat. Act.j. Uos aũt bapti
ſami ſpũſcõ.nõ p⁹ mul.ho.di. Et merituꝫ
vlterius debebat eſſe ſpũale qđ vſqꝫ tũc
fuerat tꝑale Eſa.j. Si volueris et au.m.
bona terre co. Sed ſi xp̃c hic remanſiſſet
nobiſcũ carnalit̃ eũ diligerem⁹ ſicut apli
in p̄ñtia eũ diligebãt. Et hoc eſt qđ dꝛ io
hannis.xvj. Expedit vobis vt ego vadã
ſi ego non abiero paraclitus non veniet
ad vos.id eſt.ſi p̄ſentiã humanitatis nõ
ſubtraxero ſpiritualiter non viuetis.nec
ad cognitõnem ſpũalem pertingetis qđ
eſt neceſſariũ ad ſalutem Gregorius ſu/
per hoc. Si ego non abiero ⁊c.id eſt.ſi p̄/
ſentiam corporalẽ ab oculis veſtriſ non
ſubtraho ad noticiã dei per inuiſibilem
ſpũm vos non perduco.ij.Co.v Et ſi no
uimus xp̃m ſꝫm carnẽ ſꝫ nunc iã non no/
uimus. Prouerbiuꝫ eſt. Puer quãdiu
ſtat cum matre nihil ꝓficit in v̄tute ¶Se
cundo vt magis homines firmarentur
in fide propter maiorẽ cognitõem.quaꝫ
ſpirituſſanctus attulit.et per conſequẽs
virtuoſius agerẽt. Certior ei eſt cognitio
intellectus quam ſpirituſſanctus attulit

q̄ȝ ſenſus quã xp̄c in p̄ntia dabat. ⁊ iõ ex
tūc homĩes verã fidẽ habuerũt d̃ trinita
te ⁊ vnitate diuĩa ⁊ hũanitate ⁊ diuitate
xp̄i. ⁊ de omnibꝰ de q̄bus eſt fides. qð vſ
qȝ ad illud tp̄s homĩes nõ habuerũt niſi
aliq̄ maiores in ꝑplõ dei vt ꝓphete. Et q̄ꝛ
fides facit nos op̄ari oĩa bona q̄ facimꝰ
nã iõ op̄amur qꝛ ſic credimꝰ. iuxta illud.
p̄s. Credidi ꝓpter qð locu. ſũ ego au. hu.
ſum ni. ij. coꝛ. iij. Et nos credimꝰ ꝓpt̃ qð
⁊ loq̄mur. Iõ neceſſariũ fuit xp̄um abire
vt op̄a v̄tutũ faceremꝰ. Io. xiiij. Qui cre
dit ĩ me op̄a q̄ ego facõ ⁊ ip̄e faciet ⁊ ma
ioꝛa hoꝝ faciet. qꝛ ego ad patrẽ vado. id
eſt. qꝛ me ſp̄ũaliter ⁊ nõ coꝛpaliter ꝯgno
ſcit. in q̊ fides ꝯſiſtit. oĩa aũt magna op̄a
⁊ miracula fidei attribuũt. Mat. ix. Om
nia poſſibilia ſũt credẽti ¶ Terciõ vt ſub
leuaremur in ſpe ⁊ tota mẽtis intentõne
tenderemꝰ in celũ. qꝛ ex q̊ frat̃ noſter ⁊ ca
ro q̄ eſt totũ bonũ noſtꝝ ⁊ in quẽ totũ d̃
ſideriũ noſtꝝ tẽdere dȝ ad celũ iuit. debe
mus anhelare ire ad videndũ ip̄m et de
bemꝰ firmit̃ ſperare ꝙ mittet ꝑ nobis Io
hã. xiiij. Et ſi abiero ⁊ p̄parauero vobis
locũ iteꝝ ve. ⁊ aſſ. vo. ad meip̄m vt vbi e.
ſum ibi ⁊ vos ſitis Exemplũ de ioſeph q̊
ſtatim ſublimatꝰ miſit ꝑ fratribꝰ ⁊ oĩa
pepcit eis ⁊ dedit eis terrã ieſſen optimã
terrã egipti. geñ. xlvij Multo aũt magiſ
hoc facit xp̄c. ¶ Quarto vt naturã hũa
nam ꝑ pctũm dep̄ſſam ſup oĩa exaltaret.
Pſal. Exaltare ſup celos de. ⁊ ſu. om. te.
gl. te. Hãc exaltatõȝ ꝯgnouit angelꝰ. q̄ñ
a beato iohãne euan. recuſauit adoꝛari.
qð vſq̄ȝ tũc ab hominibꝰ ſuſtinuerat. vt
p̄ȝ in multis locis ve. te. Apoc. xix. Et cõ
uerſus ſum vt adoꝛarẽ añ pedes angeli.
q̊ mihi hoc oñdebat. Et dixit mihi Uide
ne feceris. ꝯſeruꝰ enĩ tuus ſũ ⁊ fratꝝ tuo
rum. Hãc dig̃tatẽ nõ ꝯgnoſcit pctõꝛ. qꝛ ꝑ
vno obulo ſubmittit ſe dyabolo. ſicut e
ſau ꝑ vno lẽticulo vẽdidit honoꝛẽ p̄mo

geniture iacob. vt d̃ꝛ ad hebꝛ. xij. Uiliſſi
mus leccatoꝛ ẽ pctõꝛ q̄ nõ ſequit̃ patrẽ ſu
um xp̄m. q̄ dyabolo oĩa bona mũdi ſibi
ꝓmittẽti in nullo voluit ꝯſentire. Mat.
iiij. Hec oĩa dabo tibi. ſi ca. ado. me. ſȝ ſeq̄
tur patrẽ ſuũ adã antiquũ q̄ ꝑ vno bolo
vẽdidit p̄adiſuȝ ¶ Quĩto vt in curia ce
li vbi om̄ia facta noſtra examinãt aduo
catũ haberemꝰ xp̄m. valde enĩ poſſumuſ
eſſe ſecuri ꝙ nulla iniuſticia fiet nobiſ ibi
ſed om̄is grã. cũ talẽ aduocatũ ibi habe
amus. ſic piũ ⁊ ſic iuſtũ ⁊ fratrẽ noſtrũ. j.
Io. ij. Aduocatũ habemꝰ apud patrem
ieſum xp̄m iuſtũ. Uñ berñ. Securꝰ acceſ
ſum habes ad deũ o hõ vbi habes mrẽȝ
añ filiũ. ⁊ filiũ ante patrẽ. mater oſtendit
fi. vbe. ⁊ pect. fil. oſten. patri la. ⁊ vul. nul
la ergo po. ibi eſ. repl̃. vbi tot cari. ꝯcur. ĩ
ſig. Ad heb. iiij. Adeamꝰ ergo cũ fiducia
thꝛonũ gloꝛie eiꝰ vt miſericoꝛdiã ꝯſequa
mur ⁊ grãm inueniamꝰ in tp̄e opoꝛtuno
Nota hic de aduocatis q̄ntã reuerẽtiaȝ
hõ habẽs arduã cãm vbi timet̃ res ⁊ pſo
na facit aduocato ſuo ⁊ quot ibi expẽdit
⁊ quõ ei obedit. ⁊ quõ ſperat liberari. ſi
aduocatus eſt gratioſus ⁊ potẽs ĩ curia
Sic ꝑ om̄ia facere debemus xp̄o. ¶ Se
xto vt donis ⁊ gratijs nos maxime dita
ret. Ephe. iiij. Aſcendẽs in altũ captiuaȝ
duxit captiuitatẽ de. do. ho. Exempluȝ ſi
cut rex vincens omnes hoſtes. cũ intrat
poſſeſſionem regni. magna donaria dat
militibus Sic et chꝛiſtus intrans regnũ
celi fecit. Nã ſtatim miſit ſp̄ũm ſcm̃ in q̊
omnia dona donant̃. Ro. viij. Quõ nõ
etiã cũ illo om̄ia no. do. Berñ. De pleni
tudine eius acceperũt vniuerſi. Eger cura
tionem. captiuus redemptõeȝ. peccatoꝛ
veniã. iuſtus gratiã ¶ Septimo vt ma
ieſtate ſua angelos in celo beatificaret. q̊
pꝛeſentia ſua homines in mundo letifica
uerat. j. Petri. j. In quem deſiderant an
geli pꝛoſpicere. Iohannis. xvij. Hec eſt

vita eter. vt ꝯg. te ſo. ve. de. ⁊ quē mi. ieſū
xp̄m ¶ Septimo q̄rit quo aſcēdit Et di/
cendū ꝙ ſup oēs celos Ephe. iiij. Qui de
ſcēdit ip̄e eſt ⁊ q̇ aſcē. ſup o. ce. Ut ex imē/
ſitate ⁊ altitudine loci oſtēderet immēſi/
tatē bonoꝝ q̄ ſunt i loco. vt ſupra vt p̄ce/
denti ſ̄. dictū eſt. Baruch. iij. O iſrael q̄z
magna eſt dom⁹ dei. ⁊ ingēs loc⁹ poſſeſſi
onis ei⁹. magn⁹ ⁊ nō habēs finē. excelſuſ
⁊ immenſus. j. Coꝛ. ij. Qđ oculus nō vi.
nec au. au. nec in cor ho. aſcē. q̄ p̄pa. deus
his q̇ dili. illū. Aſcēdit eni ſup oēs celos
materiales ⁊ ſpūales q̇ ſunt angeli ⁊ ſan
cti. iuxta illud p̄s. Celi enarrāt gloriā dei
⁊ opa ma. eius an. fir. Et p̄uenit ad celuz
ſupſubſtantiale ſcꝫ ſancte trinitatis. vbi
ſedet in eq̄litate patris dei inq̄ntū deus.
⁊ ad dextrā inq̄ntū hō. i. in potioꝛib⁹ bo/
nis patris. vt pꝫ in p̄ncipio p̄mi ſmonis
huius feſtiuitatis de epiſtola.

¶ Dominica infra oc. aſcēſiōis de euā/
gelio Sermo LX.

CUm uenerit pa
raclit⁹ quē ego mittā vobis a
pa. ſpūm v̄itatis q̇ a patre pro
cedit teſti. p̄hi. de me Jo. xv. Quia i ſeq̄n
ti dn̄ica beatiſſimū aduentuꝫ ſpūſſancti
celebraturi ſum⁹. iō in hac domīca ei⁹ p̄/
miſſio recolit̄ vt nos ad ei⁹ receptōeꝫ de/
uotius p̄paremus. Ponunt̄ aūt in hoc
euāgelio q̄ttuoꝛ Prio nāqꝫ p̄miſſio ſpi/
rituſſancti a xp̄o diſcipulis facta recolit̄.
ibi Cū ve. pac. Scđo effect⁹ a ſpūſcō fien/
dus p̄nunciat̄ ibi. Ille teſti. p̄hi. de me. et
vos teſti. p̄hi. q2 ab initō mecū eſtis To/
tū eſt vna ps. q2 totū eſt vn⁹ effect⁹. q2 vt
dicit aug̅. ſpūſſcūs p̄hibuit teſti. xp̄o inte/
rius inſpirādo. ⁊ apli exteri⁹ vocib⁹ p̄ſo/
nando. nec alit̄ ſpūſſanct⁹ teſtimoniū p̄/
hibuit niſi p aplos ⁊ apoſtolicos viros
loquēdo nec alit̄ ipi apli teſtimoniū xp̄o
p̄hibuerūt niſi a ſpūſcō illūinati ⁊ robo/

rati. ij. pe. j. Spūſcō inſpirati locuti ſūt ſci
dei hoīes Tercio cā quare mala ⁊ bona
futura eis p̄dicit inſinuat ibi Hec locut⁹
ſum vobis vt nō ſcādalizemini ſcꝫ in maliſ
vobis ſup̄uēturis. ⁊ hec locut⁹ ſuꝫ vobiſ
vt cū venerit hoꝛa eoꝝ ſcꝫ bonoꝛuꝫ q̄ vo
bis v̄etura p̄dixi q̄ ſpūſſanct⁹ afferꝫ remi
niſcamini q2 ego dixi vobis. ⁊ p ꝯñs ꝯgno
ſcatis me veꝝ deū ⁊ laudetis me vt verū
deū Quarto excōicatō iniuſta ⁊ moꝛs te
meraria aplis inferēda p̄dicit̄ ibi Abſqꝫ
ſinagogis fa. vos ſed ve. ho. vt om. q̇ int.
vos ar. ob. ſe p̄ſta. deo ¶ Prio ergo pro
miſſio ſpūſſci a xp̄o diſcipulis facta reco
litur De quo ſpūſancto i hac p̄ma parte
q̇nqꝫ dicunt̄. Prio eius miſſio p̄dicit̄. q2
cū venerit Secūdo eius nomē apitur q2
paraclitus. i. ꝯſolatoꝛ Tercō q̇bus datuꝛ
oſtendit̄ q2 vobis ſcꝫ apoſtolis Quarto
eius firmiſſima v̄itas ponit̄. q2 ſpūs veri
tatis Quīto ei⁹ p̄ceſſio inſinuat̄ q2 a pa/
tre p̄cedit ¶ Dicit ergo p̄mo Cū ve. pa.
Ubi nota ꝙ cū ſpūſſanct⁹ ſit de⁹. ſicut de
us ē vbiqꝫ ſic ſpūſſcūs Sap. j. Spūs dn̄i
re. oꝛ. ter. Sic ergo mitti dr̄ q2 aliqueꝫ no
uū effectū facit in creatura. ſicut filius dr̄
miſſus i mđm q2 nouo mō cepit eſſe i cre
atura Exēpluꝫ. lux dr̄ eē de nouo i oculo
habēte pāniculū ſup lucē poſtq̄ꝫ pānicu
lus fuerit eleuat⁹. q̄ etiā p̄us erat i oculo
ſꝫ ocul⁹ p eleuatōꝫ pāniculi recipit lumē
lucis qđ añ nō recipiebat. Sic ſpūſſcūs
dr̄ venire i aīam dū ab ea abſtergit macu
lā culpe. ⁊ infundit lumen grē. q̇ etiā p̄us
erat in aīa p potentiā p̄ñā ⁊ eſſentiaꝫ. ſꝫ
aīa p̄pter maculā pcti ei⁹ lumē nō recipi
ebat Uñ aug̅. di. de ſe ꝙ q̄rebat i multis
creaturis deū. ⁊ i nulla inuenit eū ita p̄fe
cte ſicut in aīa ſua remota tenebra erro/
roꝛis ⁊ macula pcti Hoc fuit figuratū in
thobya de cui⁹ oculis angelus extraxit
albuginem q̄ꝫ i membrana zoui ⁊ lumē re
cepit. Et đ paulo dr̄ ꝙ poſtq̄ꝫ i baptiſmo

receṕit ſpūmſcūm·ceciderūt ab ocul' eiuſ
tanq̄ʒ ſquame. ⁊ viſum recepit. Sic ergo
ſpūſſcūs dɫ aduenire in eo q̄ maculaſ no
ſtre mētis abſtergit ⁊ lumē grē infundit.
Eſa.vj. Et volauit ad me vnꝰ de ſeraphī
⁊ in manu eiꝰ calculꝰ quē forcipe tulerat
de altari ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit ad me ec
ce tetigi os tuū ⁊ mūdabit̄ iniquitas tua
Iſte calculꝰ ignitꝰ q̊ ſeraphin purgauit
labia ꝓphete ſpūmſcūm ſignificat q̇ in ſpe/
cie ignis apparuit. qɫ vt ignis cōſumit ru
biginē pctoꝝ ⁊ illumiat. ¶ Scdo nomē
eius apit̄ qɫ paclitꝰ. Ubi nota q̄ ſpūſſan
ctus multis nominibꝰ nomiat̄ ſm multi
plices eius effectꝰ q̊s in hominibꝰ opat̄.
De q̄bꝰ ad pn̄s ſufficiat ſex ponere Nā
dɫ ſpūſſanctꝰ. ſpūs rectꝰ. ſpūs bonꝰ. ſpūs
pncipalis. ſpūs dn̄i. ⁊ ſpūs paclitus No
minat̄ etiā ab eſaia ſeptē alijs modis ſm
ſeptē dona ſpūſſci. que ꝯfert homī adue/
niens ei ſcʒ ſpūs ſapiētie ⁊ intellectꝰ. ſpūſ
ſciētie ⁊ pietatis. ſpūs ꝯſilij ⁊ fortitudiniſ
⁊ ſpūs timoris dn̄i. Que ſeptē nomia di
mittant̄ ad pn̄s In omnibꝰ aūt his fit no
minatiō ab effectu ¶ Primo ergo voca
tur ſpūſſcūs. Io.xiiij. Paraclitꝰ aūt ſpūſ
ſanctus. Et hoc ꝓpter tria ſm qd̊ tripliciter dɫ ſanctū. Nā vno mō idē est qd̊ fir/
mū. Propterea v̓gines q̄ ſteterūt firme
in ꝓpoſito v̓ginitatis vocant̄ ſancte. Et
qɫ ſpūſſcūs habʒ firmare in bono q̊s re/
pletiō ab effectu ſic vocat̄ Huiꝰ exemplū
pʒ in aplīſ q̄ poſtq̄ʒ ſpūmſcūm receperūt
nec demones cū fallacijs. nec pncipes cū
tormētis. nec caro cū oblectamentis. nec
mūdus cū tēptamentis poterāt eos a dō
remouere q̄ pus ab eodē de facili ſūt re/
moti Ro.viij Quis nos ſepabit a carita
te xp̄i. q.d. nemo vel nihil. Itē ſanctū idē
eſt qd̊ puꝝ ⁊ a terra eleuatū. ⁊ iō cōfeſſo/
res vocant̄ ſancti. qɫ ſūt mūdi ⁊ eleuati a
terreniſ. Et qɫ ſpūſſcūs habʒ purificare a
rubigine peccatoꝝ corda ſicut ignis me/
talla. ꝓpter qd̊ ī ſpē ignis ſup apoſtolos
oſ̄ndit. iō ſic vocat̄. Ipe enī eſt vis amoriſ
q̇ peccata purgat. Exemplū dē maria ma
gdalena de q̄ di. gre. q̄ vis amoris abſter
ſit ab ea rubiginē peccatoꝝ Itē hʒ a terra
eleuare. Ezech.iij. Eleuauit me ſpūs īter
celū ⁊ terrā. Et ꝓpterea viri ſpūales aſſi/
milant̄ nubibus. Eſai.xl. Qui ſunt iſti q̄
vt nubes volant. Nubes ſunt vapores
eleuati a terra v̓tute ſolis. ſic viri ſpiritu/
ales eleuant̄ a terrenis v̓tute ſpūſſci. Itē
ſanctū idem eſt qd̊ ſanguine tinctū. Et iō
martires dicunt̄ ſancti q̇ in ꝓprio ſangui
ne tincti ſunt. Spūſſanctus autē qui eſt
ignis diuinus accendit hominē ad mar/
tirium ⁊ facit libēter mori Phi.j. Cupio
diſſolui ⁊ eſſe cū chriſto. Unde de marti/
ribus legit̄ q̄ certatim ibāt ad martiriuʒ
⁊ alius volebat mori ante illū. Actuū.v.
Ibant apli gau. a cō. cōci. quoniā di. ha.
ſunt ꝓ no. xp̄i ꝯtu. pati. ¶ Scdo dɫ ſpūs
rectus. Pſal. Spūm rectū innoua in vi
ſce. me. Et ideo qɫ rectū facit hominē Re
ctum enī eſt cuius mediū non diſcrepat
ab extremis. vt dicit phūs. Sic ſpūſſcūs
facit hominē rectū. qɫ eius mediū non di
ſcrepat ab extremis. Extrema hoīs ortꝰ
⁊ mors. ⁊ vtrūqʒ eſt cū gemitu ⁊ idō tota
vita media debʒ eſſe cū gemitu. ⁊ ꝓ dila/
tōne patrie ⁊ pro incolatu pn̄tis miſerie
Pſal. Heu mihi qɫ inco. me. ꝓlō. eſt ha.
cum habi. ce. Et iō ſpūſſcūs in ſpē colūbe
apparuit que ꝓ cātu habet gemitū. quia
quos replet ſunt quaſi colūbe gementes
ad feneſtras ſuas. Itē rectuʒ ſi ponit̄ ſup
rectū totū tangit. obliquū autē ſolū tan/
git in puncto Sic ſpūſſcūs homieʒ rectū
totū tangit. ⁊ cogitatō ⁊ dicta ⁊ facta oīa
ſunt a ſpūſcō. Obliquū aūt hominē tan/
git ſolum in puncto mortis. qɫ ſolū tunc
vult cōfiteri ⁊ ſatiſfacere. ⁊ cuʒ feſtinātia
facit omnia. Hic cadit exemplū qd̊ dicit
gregorius in dyalogo de illo romano q̇

laborās in extremis petebat vſq3 ad ma
ne inducias ⁊ nō potuit obtinere. ſed ſta
tim aſportauerūt demones animā eius.
¶Tercō vocat̄ ſpūs bon⁹. ps. Spūs tu
us bon⁹ deducet me in ter. re. Spūſſan/
ctus aūt hab3 ꝯferre omīa vª bona ſc3 ſe
ptē dona ſpūſſancti. ſeptē v̓tutes ⁊ grām
in p̄ſenti ⁊ glīam in futuro. Hec ſūt vª bo
na q̄ faciūt hominē bonū ⁊ nō poſſūt au
ferri ab eo ⁊ in ꝑpetuū ſunt cū eo. Pſal.
Spū oris ſui omīs v̓tus eoꝝ. Et q2 omīa
bona ꝯfert. idō ſpūs bonus d̄r ¶Quar
to vocat̄ ſpūs p̓ncipalis. Pſal. Spū p̓n
cipali cōfir. m. Ipe enī eſt p̓ncipiu3 ⁊ cau
ſa omniū habentiū ſpūm. ſiue in ve. te. ſi/
ue in no. Omīa enī q̄ ſunt in aliq̄ genere
ꝓcedūt ab aliquo vno p̓mo vt di. phūs.
⁊ ad illud referunt̄. vt oīs calor ab igne.
⁊ omīs lux a ſole. ⁊ omnis aq̄ a mari. Et
iſtud p̓mū eſt cā omniū alioꝝ iſti⁹ gene/
ris. Cū igit̄ ſpūſſanct⁹ ſit ſimplicit̄ p̓mu3.
erit ⁊ ꝑ ꝯñs omniū cā. ⁊ ad ipm oīa refe/
rent̄ tanq̄3 ad finē p̄ter peccatorē q̄ puer/
tit ordinē nature. q2 ei⁹ ſpūs nō redit ad
ſpūmſanctū deū qui fecit iſtū. ſ3 deſcēdit
ad ſpūs malignos. Mathe. xxv. Ite ma
ledicti in ig. eter. q̄ ꝑpa. eſt dya. ⁊ an. eiuſ.
¶Quīto vocat̄ ſpūs dñi Eſa. lxi. Spūſ
dñi ſup me. Ipe enī facit ſuū poſſeſſorem
dñm omniū. ⁊ ſicut dñs hab3 ſe circa om
nia Nā ⁊ corpi ſuo ⁊ dyabolo ⁊ mūdo ⁊
his q̄ ſunt i mūdo dñat̄. Gen. xxvii. Do
minū tuū iſtū ꝯſtitui ⁊ oēs frēs ei⁹ ſerui
tuti illi⁹ ſubiugaui. Qui aut hūc ſpūm n̄
hab3 omniū eſt ſeru⁹. q2 ei mūdus ⁊ mū/
dana dyabol⁹ ⁊ deſideria carnis dñant̄
Hiere. v. Seruietis diis alienis q̄ nō da
būt vobis requiē. S ¶Sexto vocat̄
ſpūs paclitus. i. ꝯſolator. vt p3 hic. q2 noſ
multiplicit̄ ꝯſolat̄ ¶Primo tēptatōes
mitigādo Eſa. xliii. Cū trāſieris ꝑ aquas
tecu3 ero ⁊ flumīa nō opient te in igne n̄
cōbureris. A dextris ⁊ a ſiniſtris inſur/

gunt temptatōeſ. ⁊ ſpūſſcūs mitigat aq̄s
delectatōnū ⁊ ignē tribulatōnū. i. Coꝛ. x.
Fidelis d̄s q̄ non patiet̄ vos tēp. ſupra id
q̄d poteſtis. ſ3 fa. cū tēp. ꝓuē. vt poſ. ſuſ.
Secūdo in aduerſis dulcedinē in fundē
do. vt ea toleremꝰ. Eccī. xxiiii. ſpūs meuſ
ſup mel dulcis. Bern̄. Quid non trahit
dulcedo ipa q̄ mortē ipam dulciſſimā fa
cit. q̄ aſperitas reſiſtere poterit vnctōi il/
li. ꝓpter hāc dulcedinē martires tormen
ta nō ſentiebāt. Exemplū de trib⁹ pueriſ
in camino ignis. Dan̄. iii. Fecit mediu3
foꝛ. q̄. ven. ro. flan. ¶Tercō vtilitate3 tri/
bulatōnū oſtendēdo. Nā habēt illūiare
purgare. cogūt etiā mundū ꝯtēnere ⁊ ad
deū ire. Greḡ. Mala q̄ nos hic p̓mūt ad
deū ire ꝯpellūt. ſunt enī ſicut calcaria eq̄
T ¶Et nota ꝙ tria genera hominu3
ſpūſſanctus non ꝯſolat̄ ¶Primo non
ꝯſolat̄ mūdanos q̄ vanā ꝯſolatōem am
plectunt̄. Bern̄. Delicata ⁊ diuina cōſo
latō q̄ nō dat̄ admittētibus aliena3. imo
talib⁹ minat̄ deſolatō3. Lu. vi. Ve vobis
diuitib⁹ q̄ hic ha. ꝯſo. ve. Exemplu3 ſicut
ſpōſa q̄ ludit cū amaſio ſuo ⁊ cōmiſcet̄ ei.
nō meret̄ ꝯſolatō3 viri ſ3 v̓bera. Sic aīa
ſponſa dei q̄ ludit cū dyabolo ⁊ ꝯmiſcet̄
mūdo. cū q̄bus deſerto viro fornicat̄. nō
meret̄ a ſpūſſancto ꝯſolari. Hiere. iii. Tu
fornicata es cū ama. mul. Cōſolat̄ ergo q̄
vanā ꝯſolatōem renuūt ⁊ in fletib⁹ ſe af/
fligunt. Mat. v. Beati q̄ lugēt quonia3
ipi ꝯſo. ¶Secūdo nō cōſolat̄ hn̄tes tri/
ſticiā hui⁹ ſeculi q̄ ſm aplum mortē opat̄
De peſſimis enī triſtant̄ q2 nō poſſunt q̄
liter cūq3 ditari nec inimicos expellere et
ad libitū dñari. et ſic de ſilibus. Qui ſic
triſtant̄ nō merent̄ a ſpūſcō cōſolari q2 n̄
ſunt de eius populo. Eſa. xl. Cōſolamini
cōſolamī ꝑplē meus Exemplū ſicut vir n̄
cōſolaret̄ ſpōſa3 q̄ fleret de abſentia ama
ſii. ſic ſpūſſanct⁹ nō ꝯſolat̄ eos qui triſtāt
ꝙ nō poſſunt mala que deſiderāt opari.

¶ Tercio nō ꝯſolat̃ pigros ⁊ remiſſos q̇ negligūt excutere iugū ſuitutis demōis ⁊ viciorꝫ .ij. Corꝫ .xj. Suſtinetis ſi qs vos in ſuitutē redigit. Sed ꝯſolat̃ ſtrenuos bellatores. q̇ nitunt̃ egredi de ſuitute dyaboli ⁊ vicia vincere. Apo. ij Vincēti dabo mānā abſconditū. Exemplū ſi qs ſtaret ſemꝑ in carcere duro nunq̄ꝫ poſſꝫ cōſolari. Sic pctōr in carcere dyaboli manens ꝯſolari nō pōt. Tho. v. Quale gaudiū mihi eſt q̇ ſedeo in tenebris ⁊ lumen celi nō video ¶ Tercō qbus ſpūſſanctuſ dat̃ oñdit. q: quē ego mittā vobis .ſ. apoſtolis ⁊ apoſtolicis viris. q̇ erāt fide illuminati. ſpe eleuati. caritate diffuſi. prudētia inſigniti. iuſticia armati. fortitudīe roborati. tꝑantia ꝑcincti. ſeipos humiliantes. mundū ꝯtemnētes. corꝑa ſua macerantes. ꝑlia vincētes. ⁊ ꝓximos vbo ⁊ exemplo edificātes ⁊ ꝯuertētes. Prīo erāt fide illumiati. Math. xvj. Tu es chriſtuſ fili⁹ dei viui. Silr ⁊ omēs dixerūt. vt ptꝫ lu. ix. Scd̄o erāt ſpe eleuati. Jo. vj. Dn̄e ad quē ibim⁹. Tercō erāt caritate diffuſi Ro. v. Caritas dei diffuſa eſt in cordib⁹ noſtris ꝑ ſpūmſcūm q̇ datus eſt nobis. Quarto erāt prudētia inſigniti. Mat. x Eſtote prudētes ſicut ſerpētes. Quinto erāt iuſticia ornati. Ephe. vj. Induti loricam iuſticie. Sexto erant fortitudine roborati. Jo. xj. Eam⁹ ⁊ nos moriamur cuꝫ illo. j. Cor. iiij. Maledicimur ⁊ benedicimus. ꝑſecutōꝫ patimur ⁊ ſuſtinem⁹. blaſfemamur ⁊ obſecram⁹. Septimo erāt tēperātia ꝑcincti. Lu. xij. Sint lūbi veſtri ꝑcincti. j. Thi. vj. Habētes alimēta ⁊ qbuſ tegamur his ꝯtēti ſim⁹. Octauo erant ſe ipos humiliātes. Luc. ix. Uos aūt nō ſic ſꝫ q maior eſt veſtꝝ fiat ſicut minor. j. co. iiij. Nos ſtulti ꝑpter xp̄m voſ aūt prudētes in xp̄o. nos infirmi vos autēꝫ fortes. vos nobiles nos aūt ignobiles. Nono erāt mundū ꝯtemnētes. Mat. xix. Ecce nos reliqmus oīa ⁊ ſecuti ſum⁹ te. Decimo erāt corꝑa ſua macerātes. j. Cor. iiij. Uſqꝫ in hāc horā eſurim⁹ ⁊ ſitim⁹ ⁊ nudi ſum⁹ ⁊ laboramus opantes manibuſ noſtris. Hebreo. xj. Circuierūt in melotis in pellib⁹ caprinis egētes anguſtiati afflicti ⁊c. Undecimo erāt ꝑlia vincētes Heb. xj. Sancti ꝑ fidē vicerūt regna operati ſunt iuſticiā ⁊c. obturauerūt ora leonum. extinxerūt impetū ignis. effugarūt aciē gladij con. de infir. fortes facti ſunt ī bello. caſtra verterūt exterorꝫ. Duodecimo erāt ꝓximos vbo ⁊ exemplo edificātes ⁊ ꝯuertētes. Math. v. Uos eſtis lux mūdi. q̄ntū ad vbū. vos eſtis ſal terre q̄ntum ad exemplū. ij. Thi. ij. Oīa ſuſtineo ꝑpter electos vt ⁊ ipi ſalutē ꝯſequantur Cariſſimi ſi volum⁹ ſpūmſcūm recipe in ꝓximo pente. ſatagam⁹ eſſe tales. et vt ſimus tales rogemus deuote ſpūmſcūm.

¶ Quarto oñdit̃ ꝙ ſpūſſanct⁹ eſt firmiſſima veritas. q: ſpūs vitatis eſſe ꝓhibet̃ Ipe enī eſt ſpūs veritatis. q̇ adueniens apoſtolis ipos ⁊ nos in illis omnē vitatem docuit Jo. xiiij. Iſte vos doce. om. ⁊c Et vt nō ſit q̇ fugiat ei⁹ doctrinā ꝑpter ꝓlixitatē. breuiſſime totā doctrinā neceſſariam ſaluti in duob⁹ ꝯcluſit ſcꝫ in dilectōne dei ⁊ ꝓximi. Mat. xxij. In his duob⁹ mādatis vniuerſa lex pēdet ⁊ ꝓphete. ¶ Et notādū ꝙ q̄ntū ad qnqꝫ apparet ꝙ ſpiritusſcūs eſt ſpūs vitatis. ¶ Primo q: veritatē ſcripture ſub vmbra legis latentem detexit. que ſic tecta erat mortifera. ⁊ apta ⁊ ſpūalit̃ intellecta ſalutifera. ij. co. iij. Lrā enī occidit ſpūs aūt viuificat. Et in hui⁹ figurā velū tēpli ſciſſum ē. q: tūc īcepit tps ſpūſſancti ſcꝫ poſt mortē chriſti Jo. xvj. Si enī nō abiero paclit⁹ nō veniet ad vos Si aūt abiero mittā eū ad voſ ¶ Scd̄o q: vanitatē mundi ſub vmbra boni decipientē ꝯtēni fecit ⁊ facit. Et idō omēs viri ſpūales ꝯtemnunt mundum.

Phi.iij. Omīa ar.ſum vt ſter.vt xp̄m lu
crifa. Uñ tp̄e apl'oꝝ oēs q̇ recipiebāt ſpi/
ritumſanctū vendebāt oīa ⁊ ponebāt ad
pedes apl'oꝝ. Act.iiij. Quotq̊t aūt habe
bant agros aut domos vendebāt et pre
cia eoꝝ añ pedes apl'oꝝ ponebāt Hoc fi
guratū eſt qñ helyas trāſlatus ē in cur/
ru igneo ⁊ dimiſit palliū. Per palliū bo
na mūdi ſignant̄ q̄ nō coopiūt nec caput
nec pedes. qꝛ nudi naſcimur ⁊ nudi mo/
rimur. vt dꝛ iob.j. Currus aūt igneꝰ ſpiri
tumſanctū ſignificat q̇ duas rotas amoꝛiſ
in hoīe generat.ſ.dei ⁊ pximi ¶ Tercō
qꝛ ſimulatoꝝ ypocritaꝝ ſub ſpecie hone/
ſti latitantē ꝯdēnauit. mat.xxiij. Ue vo
bis ſcribe ⁊ phariſei ⁊ ypocrite. Uñ be/
atus petrꝰ ſpūſcō motꝰ ananiā ⁊ ſaphi/
ram ad moꝛtē ꝯdēnauit qꝛ ſimilabant ſe
omnibꝰ ſpꝛetis velle ſequi apl'os. Act.v.
Cur tēptauit ſathanas te mētiri ſpiritui
ſancto ¶ Quarto qꝛ erroꝛes gentiliū in
ydolis ꝯmoꝛantes deſtruxit. qꝛ oñdit in
ydolis demonia habitare ⁊ vt ipa dſtru
erent̄ fecit apoſtolos miracula operari.
Eſa.xix. Ecce dñs aſcēdet ſup nubē leueꝫ
⁊ ingredieť egiptū. ⁊ mouebunť ſimula/
cra egipti a facie eius.i. ꝯfringenť ¶ Qui/
to qꝛ ſnīas phoꝝ d̄ beatitudine falſas eē
oñdit. qꝛ neqꝫ in potētia neqꝫ in diuitijs
neqꝫ in delicijs. neqꝫ in honoꝛibꝰ. ſed in
v̇o bono beatitudinē eſſe oñdit. De qui
bus dicit ps̄ Beatū dixerūt ꝓplm cui hec
ſunt. Sꝫ ſpūſcūs dicit. Beatꝰ ꝓpl's cuiꝰ
dñs deus eꝰ Hoc fuit figuratū in ſtatua
nabuchodonoſoꝛ. dañ.ij. quā vnꝰ puus
lapillus abſciſus de mōte ſine manibus
totā ꝯfregit.i.p ſpūmſcūm natꝰ ⁊ p ipm
locutꝰ ſtatuā mūdi ꝯfregit. q̄ q̄ttuoꝛ cōti
net.ſ.auꝝ argentū es ⁊ ferꝝ.i. diuitias de
licias ⁊ honoꝛes ⁊ potētias. Hunc ergo
ſpiritum v̇itatis non capit iudeꝰ vmbꝛiſ
figuraꝝ adherēs. ñ capit mundꝰ ſpū va/
nitatis tumēs. nō capit ypocrita ſancti/
tatē mentiēs. nō capit gētilis ſpiritibꝰ er
roꝛis intendēs. nō capit phūs doctrinis
vanis credēs. Ad hebꝛe.xiij. Doctrinis
varijs ⁊ pegrinis nolite abduci ¶ Quin
to oſtendit a q̄ ſpūſſcūs pcedit. qꝛ q̇ a prē
pcedit. Ubi nota q̄ greci ex hoc v̇bo ar/
guunt q̄ ſpūſſanctꝰ a ſolo patre ſit pce/
dens. ſꝫ hoc manifeſte apparet eē falſum.
⁊ p hic dicta ⁊ p rōꝫ. Nā hic dꝛ. Cū ve.pa.
quē ego mit.vo. Mittiť ergo paclitꝰ ⁊ a
filio ⁊ a prē. Jo.xiiij. Paraclitꝰ aūt ſpūſſ.
quē mit.pa.in no.m. Sicut ergo mittiť a
patre ⁊ filio. ita ab vtroqꝫ pcedit. nequa/
q̄ꝫ enī mitteret̄ niſi pcederet. Mitti enīꝫ
dicit reſpectū ad creaturas. Procedere
autē dicit reſpectū ad pſonas diuinas. q̊
modo ergo poſſet mitti a filio niſi ab eo
pcederet. niſi diceremꝰ q̄ ſpūſſcūs minoꝛ
eſſet filio ⁊ ab eo in eſſentia ſepatꝰ. qd̄ eſt
falſum. Filius autē mittiť a patre. qꝛ pce/
dit ab eo p modū generatōis. Pat̄ autē
qꝛ a nullo eoꝝ p aliquē modū pcedit. iō
nunq̄ꝫ ab eis dꝛ mitti. Idē etiā p rōem pꝫ
qꝛ ſpūſſcūs eſt amoꝛ quo deus pater dili
git filiū. ſꝫ eodē amoꝛe filiꝰ diligit patrem
Sic ergo ſpūſſanctꝰ pcedit a patre p mo
dum amoꝛis ita pcedit a filio p modum
amoꝛis. Et ſic pꝫ p̄mū. ¶ Secūdo poniť
effectus quē facturꝰ erat ſpūſſanctꝰ quiē
teſtimoniuꝫ reddere xp̄o. Et hoc eſt. Ille
teſti. phibebit de me ſcꝫ q̄ ſum verꝰ deꝰ ⁊
verus homo. Perhibebit etiā teſtimo/
nium opibus meis.ſ. natiuitati. moꝛti. et
ceteris alijs. Et vos teſtimoniū phibebi
tis. qꝛ nō aliť ſpūſſanctꝰ mihi teſtimoniū
phibebit niſi qꝛ faciet vos aptos ad teſti
ficandū mihi in his q̄ vidiſtis ⁊ audiſtis
qꝛ ab initō mee p̄dicatōnis mecū fuiſtis
Eſa.xliij. Uos eſtis teſtes mei dicit dñs
¶ X ¶ Fecit autē ſpiritusſanctꝰ apl'os ⁊
eoꝝ ſequaces aptoſ ad teſtificandū xp̄o
tripliciť. Primo mundando eos a pec/
catis ne exceptōe repellerenť. Johan.xx.

Accipite ſpũmſcũm q̃ꝝ remi. pctã re. eis.
Teſtis eni infamis repellit̃. Scd̓o inſtru
endo eos ne ignorãtia ↄfunderẽt. Mar
ci. xiij. Nõ eni vos eſtis loquẽtes ſ; ſpũſ
ſanctꝰ. Tercõ roborãdo eos ne ꝑce vel ꝑ
cio timore vel odio a teſtificatõe reſilirẽt
Et iõ poſtq̃ȝ apli ſpũmſcũm acceperunt
totꝰ mũdus non potuit eos auertere qn
teſtimoniũ xp̃o redderẽt. Act. iiij. Non
eĩ poſſumꝰ q̃ vidimꝰ ⁊ audimus nõ loq
¶ v ¶ Nota q̃ xp̃c habuit teſtimoniũ
de omni loco. ⁊ de omni creatura. ⁊ om
nia teſtificata ſunt xp̃m ſuũ autorem eſſe
Nã de celo habuit teſtimoniũ patris et
ſpũſſancti Lu. iij. Deſcẽdit ſpũſſanctꝰ cor
porali ſpecie ſicut colũba in ipm. ⁊ vox d̓
celo audita eſt. tu es filiꝰ meꝰ dilectꝰ Itẽ.
teſtimoniũ angeloꝝ Lu. ij. Euãgeliſo vo
bis gaudiũ magnũ qꝛ natus ẽ vobis ho
die ſaluator. De padiſo ⁊ inferno habu
it teſtimoniũ moyſi ⁊ helye. Math. xvij
Apparuerũt illis moyſes ⁊ helyas. Itez
multa corpa ſanctoꝝ ſurrexerũt. in eodẽ
xxvij. Itẽ demones ei teſtimoniuȝ reddi
derũt. Lu. iiij. Exibũt demonia a multis.
clamãtia ⁊ dicẽtia. qꝛ tu es xp̃c filiꝰ dei vi
ui. De mũdo habuit teſtimoniũ. xij. apo
ſtoloꝝ. lxxij. diſcipuloꝝ ⁊ multoꝝ alioꝝ.
Act. iiij Uirtute magna reddebant apli
teſtimoniũ reſurrectõis ieſu xp̃i. Itez ha
buit teſtimoniũ ab omĩ creatura Nã ſtel
la noua eũ in ſua natiuitate teſtificata ẽ.
Math. ij. Uidimꝰ ſtellã eius in oriente.
Sol obſcuratꝰ eſt in morte ⁊ ꝓteſtatꝰ eſt
Mare dum ſe ei ſolidum prebuit deum
ipm ↄfeſſum eſt. Eodẽ mõ aer dũ ꝑ ipm
aſcẽdit. Celi q̃ȝ dũ ipo orãte apti ſunt euȝ
ꝓteſtati ſunt veꝝ deũ eſſe. Infernꝰ dũ q̃s
tenebat reddidit. ipm vite auctorẽ eſſe cõ
feſſus eſt. Sil̓r terra duȝ ipo reſurgente
tremuit Similit̃ panis ⁊ piſces dum ad
eius imperiuȝ multiplicati ſunt ipm eſſe
deũ demonſtrabãt. Iob. x. Opa q̃ ego fa

cio hec teſtimoniũ ꝑhibent de me. Et bre
uiter omĩs creatura p̃ter pctõrẽ q̃ ipȝ ne
gat teſtimoniũ xp̃o reddit. ad Thy. p̃mo
Cõfitent̃ ſe noſſe deũ. factis autẽ negant.
Peccator aũt ꝑ vno denario ⁊ pro vno
obulo negat ipm. ⁊ in noĩe eiꝰ deierat. et
ſic pȝ ſcd̓m ¶ Tercõ ponit̃ cauſa q̃re xp̃c
apoſtolis mala ⁊ bona eis vẽtura predi
cit. q̃ eſt duplex. Una ſcȝ ne ſcandaliſent̃
in malis. Et hoc eſt. Hec locutꝰ ſũ vobiſ
vt nõ ſcan. Secũda vt in bonis deũ glo
rificẽt. Et hoc ẽ. Hec locutꝰ ſum vobiſ vt
cũ venerit hora eoꝝ remĩ. qꝛ ego dixi vo
bis. ⁊ ſic me vt veꝝ deũ laudetis. qꝛ futu
ra vobis p̃dixi Eſa. xlj. Annũciate nobiſ
fu. ⁊ dicemꝰ. qꝛ dij eſtis vos. Eſt ergo pri
ma cã ne ſcandaliſentur. Ubi nota q̃ du
plex eſt ſcandalũ. ſ. actiuũ ⁊ paſſiuũ Ma
thei. xviij Ue mũdo ab ſcãdalis. ve homi
ni ꝑ quẽ ſcandalũ venit. Quia vtrumq̃ȝ
ſcandalũ p̃t eſſe pctũm mortale. qñq̃ȝ v̓o
vtrũq̃ȝ eſt veniale. Scandalũ actiuũ eſt
dictũ vel factũ minꝰ rectũ p̃bens alteri oc
caſionẽ ruine, ꝓpter qd̓ aliq̃s turbatur ⁊
peccat. Scandalũ paſſiuũ eſt qñ aliq̃s ꝓ
pter dictũ vel factũ alicuiꝰ ſcandaliſatur
ↄtra deũ vel ↄtra ꝓximuȝ. in quo cõſiſtit
pctũm. ⁊ qñq̃ȝ mortale ⁊ qñq̃ȝ veniale. ꝓ
pter nullã aũt rẽ hõ dȝ ↄtra deũ ſcãdali
ſari. Ro. ix. O hõ tu q̇s es q̇ rñdeas deo
Nunq̇d dicit figmentũ ei q̇ ſe finxit q̇d
me feciſti ſic. an nõ hȝ poteſtatẽ figulꝰ lu
ti ex eadẽ maſſa facere aliud q̇dẽ vas in
honorẽ. aliud v̓o in ↄtumeliã. Et iõ apli
patiẽtes mala ⁊ recordãtes q̃ xp̃c eis pre
dixerat ⁊ ꝑ hoc ↄgnoſcẽtes ipm verũ eſſe
deũ in nullo malo eis ꝑ xp̃i nomĩe illato
ſcandaliſabant̃. ſ; libent̃ ſuſtinebãt. Act.
v. Ibãt apli gau. a cõſp. ↄ. quo. di. ha. ſũt
ꝓ noĩe xp̃i ↄtu. pa. Sic ſupficialit̃ pȝ ter
ciũ ¶ Quarto excõmunicatõ iniuſta et
mors temeraria apoſtolis inferenda p̃
dicit̃. Et p̃mo excõicatõ iniuſta exponit̃.

quia abſqꝫ ſinagogis ⁊ ecciijs faciẽt vos
Sinagoga eſt nomen hebreũ ⁊ eccĩa no/
men grecũ. ſꝫ idẽ ſignãt. i. tanq̃ꝫ excõmũi/
catos ⁊ infames eijciẽt vos de ſuis ſina/
gogis vitãtes vos in actibꝰ ſuis ¶ T ¶
Ubi nota ꝙ excõicatio dꝛ iniuſta tribus
modis vt habeť in decretis. ſ. ex aĩmo. ex
cã. ⁊ ex oꝛdine iuris. Ex aĩmo qñ ex odio
vel vindicta vel rãcoꝛe ꝓfeꝛť. Ex cã qñ ñ
ex iuſta cã inferť. nõ enĩ ꝓ omĩ re debꝫ fie
ri excõicatõ ſꝫ ſolũmodo ꝓ pctõ mortali.
vel ꝓ ꝯtumacia. Ex oꝛdine iuris. qñ non
ꝓcediť ſm formã ⁊ oꝛdinẽ iuris ſcꝫ qñ ñ
ſubeſt cã rõnabilis ⁊ manifeſta. ⁊ nõ pꝛe
mittiť ꝯpetẽs ãmonitõ. et ſic de alijs.
¶ A ¶ Excõicatio igiť apl̃oꝝ a iudeis
fuit iniuſta. Primo ex aĩo. qꝛ ex magno
odio hoc fecerũt. Uñ dũ eijcerẽt ſtepha/
num extra ciuitatẽ ſtridebãt dentibus ĩ
eum tanq̃ꝫ irati. Act. xxiij. Deuouerunt
ſe quidã ex iudeis neqꝫ mãducaturoſ ne
qꝫ bibituros donec occiderẽt paulũ. Se
cundo ex cã que fuit qꝛ ꝯfitebanť vitatez
⁊ xp̃o teſtimoniũ reddebãt. Jo. ix. Jã enĩ
conſpirauerũt iudei vt quicuqꝫ ipm cõfi
tereť xp̃m extra ſinagogã fieret. Tercõ ex
oꝛdine iuris. qꝛ nullũ oꝛdinẽ iuris eis ſer
uabãt. Debebãt enĩ citari accuſari ⁊ exa
minari ⁊ teſtes induci. ſꝫ ipi erãt accuſa/
toꝛes. iudex ⁊ teſtis. Actu. xxij. Ciuem ro
manũ indemnatuꝫ. i. nullo oꝛdine iuris
ꝯuictũ. vt dicit glo. miſiſtis in carcerem.
Et nota hic ꝙ q̃ꝫuis excõicatõ iniuſta ſit
ſeruãda eſt. qꝛ ſi ꝯtẽnereť eſſet pctũm. ⁊ ſi
ſeruať eſt magni meriti. tũ ex humilitate
tum ex obediẽtia. Et debꝫ ſic excõicatꝰ ꝓ
curare vt abſoluať. Silẽ eſt de interdi/
cto. qꝛ q̃ꝫuis aliq̃s nõ dederit de interdi/
cto cãm. nihilominꝰ debꝫ ſuare ſicut et q̇
cãm dedit nec dꝫ audiꝛe diuina nec per ri
mas eccĩe inſpicere. qꝛ peccat. ſꝫ ſi ſeruat
multũ mereť ex humilitate ⁊ obedientia
vt dicit aug̃. Excõicatõ aũt iuſte lata mi/
rabiliter eſt timẽda. Eſt enĩ maioꝛ pena.
que poſſit inferri ĩ eccĩa dei. Eſt ergo val
de timẽda ⁊ cauẽda ꝓpter tria. ¶ Prio
ꝓpter piculum qꝛ excõicatus ſepať a do.
⁊ tradiť ſathane extra eccĩam. Uñ in pri
mitiua eccĩa excõicatꝰ ſtatim arripiebať
a dyabolo ⁊ vexabať. Et hoc eſt qd̃ apl̃s
dicit. j. coꝝ. v. d̃ illo fornicario q̇ habebat
vxoꝛẽ patris. Ego autẽ iudicaui eũ q̇ ſic
opatus eſt tradere hmõi hominẽ ſatha/
ne in interitũ carnis vt ſpũs ſaluus fiat.
Jtẽ eſt piculũ. qꝛ excõicatus multos infi/
cit. qꝛ omẽs q̃ſi ꝑticipãt ei Uñ eſt moꝛbꝰ
ꝯtagioſus ſicut lepra. Jõ ab hominibuſ
ſicut lepꝛa debꝫ vitari. j. coꝝ. v. Si q̇s fra
ter nominať fornicatoꝛ aut auarus. aut
ydolis ſeruiẽs cũ hmõi nec cibũ ſumere.
Aug̃. Eã nominatõꝫ hic vocat apoſtolꝰ
q̃ fit cũ ſentẽtia ⁊ in queq̃ꝫ oꝛdine iudicia
rio ⁊ cũ integritate ꝓferť. Exempluꝫ qui
dam demoniacꝰ interrogatꝰ. qd̃ peccatũ
plus placebat dyabolo. rñdit excõicatio
qꝛ ꝑ illã plures inficit ⁊ q̃nqꝫ ducẽtos in
ficit vno die ¶ Scdõ ꝓpter damnuꝫ. qꝛ
ſic excõicatus ꝑuať merito paſſionis xp̃i
⁊ omniũ ſanctoꝝ. ⁊ omnibꝰ ſuffragijs. et
indulgentijs eccĩe. ⁊ omnibꝰ bonis ꝓpri/
is. ⁊ omnibꝰ v̓tutibuſ ⁊ donis ſpũſſancti
⁊ omnino ⁊ totaliť remanet nudus ⁊ mi
ſer ⁊ miſerabilis ſicut qui omnino pluſit
Apocalipſis tercõ Neſcis quia tu es mi
ſer ⁊ miſerabilis ⁊ paup ⁊ cecus ⁊ nuduſ
¶ Tercõ ꝓpter infamiã Magna enĩ in
famia eſt ⁊ vituperiũ expelli d̃ eccĩa ſicut
canis. ⁊ vitari ab hominibꝰ ſicut lepſus
Uñ excõicatus eſt magis infamis q̃ꝫ iu/
deus vel ſaracenꝰ. qꝛ cũ illis poſſumꝰ lo/
qui ſꝫ nõ cũ eo. et ꝓpter hec tria dicit au/
guſtinuſ. Nihil dꝫ xp̃ianꝰ ſic formidare.
ſicut ſepari a coꝛpe xp̃i ſcꝫ ꝑ excõicatõem
Et nota ꝙ doctoꝛes canonũ magnũ pec/
catum dicũt eſſe ꝑticipaꝛe cum excõicato
Sed peccatis noſtris exigẽtibus de excõ

municatōne hodie parū curat̄. et de ꝑti-
cipatōe cū excōicatis nihil. et nō ſoluꝫ ſe
culares. ſed ⁊ clerici et religioſi de tali ꝑ-
ticipatōne nihil curant. Et ideo dñs ait
math. xxiij. Ve vobis ſcribe et phariſei
excolantes culicē camelū aūt deglutien-
tes. Secūdo mors temeraria ſubiun
gitur. qꝛ venit tempꝰ in q̄ oīs ⁊c. Et ſic vi
det ꝙ iudei erāt ꝑplexi. qꝛ ſi interficiebāt
peccabāt. et ſi nō interficiebāt ſimilit̄ pec
cabāt ex quo ꝯſcientiā habebāt ſi nō int̄-
ficerēt eos peccare. et mereri ſi interfice
rent. qꝛ etiā ſi homo bonū facit: credens
malū facere peccat. aug. Intentō tua opi
tuo finē imponit. Et dicendū ꝙ nō erāt
ꝑplexi. qꝛ ipi habebāt zelū dei. ſed nō ſcḋm
ſcientiā vt dī. aplǐs ad. ro. x. et iō debebāt
deponere cōſcientias erroneas ⁊ crede-
re in xp̄m quas rōnabilit̄ deponere po-
tuerūt cū viderēt tot miracula in nomīe
xp̄i fieri. cū etiā ſcriptura ei teſtioniū red
deret et oīa que fecit ꝑ ſcripturaſ poſſint
probari. ioh. v. Scrutamini ſcripturas
in quibꝰ vos putatis vitā habere. he ſūt
que teſtimoniū ꝑhibent de me. Sed ipi
erāt ceci et nolebant illumiari. imo dice-
bāt ſe videre. iōqꝫ multū peccabāt. io. ix.
Si ceci eſſetis nō haberetiſ peccatū. nūc
autē qꝛ dicitis videmꝰ peccatū veſtrum
manet. Et hoc ē qḋ hic dr̄. Et hec omnia
vobis faciēt. qꝛ nō nouerūt patrem neqꝫ
me. i. nō nouerūt deum eſſe patrem meū
neqꝫ me eē filiū dei. ſed deum in q̄ntū de-
uꝫ bene cognoſcebāt. qꝛ notus in iudea
deus. ps. lxxv. In fine nota ꝙ talis mors
q̄ ꝓ fide xp̄i infertur nullo mō ē timēda.
ſed ſumme deſiderāda. j. pet. iij. Si quid
patimī ꝓpter iuſticiā beati. Qꝛ ꝑ talem
mortē hō trāſit de morte ad vitā. et finit
et terminat omnes miſerias huiꝰ vite et
oīa peccata totaliter dimittūtur. ⁊ tādeꝫ
corpꝰ glorioſuꝫ rehēbit. luc. xij. Nolite ti
mere eos q̄ corpꝰ oc. ⁊ pꝰ hoc nō ħp. h. qḋ
ſa. Oſtēdā aūt vobis queꝫ timeatis. ti. e.
q̄ pꝰ q̄ꝫ oc. h. po. mit. in gehēnā.

## De epla ſermo. LXI.

**Estote pruden**
tes ⁊ vigilate in orōnibꝰ. v. ts.
j. Pet. iiij. Qꝛ omēs fideles ī
prima dñica debēt ſpūm ſanctū recipere
ideo beatus petrus nos in hac epla hor
tatur ad ꝑpatōem cōdignam tantum
hoſpitē recepturos per virtutū exercici-
um faciendam. In qua epla q̄nqꝫ facit.
Primo nos hortat̄ ad habendā prudē-
tiā. ibi. Eſtote prud. Scḋo ad orationū
inſtantiā. ibi. ⁊ vigilate in orōnibꝰ. Ter
cio ad caritatē mutuaꝫ ibi. Ante oīa aūt
mu. i vo. Quarto ad hoſpitalitatis opꝰ
⁊ alioꝝ opum miſericordie efficatiā. ibi.
Hoſpi. inui. ſine murmur. vnuſquiſqꝫ ſi
cut acce. gra. Quīto nos hortat̄ vt ſi vꝰ-
ba dei loquamur et omīa faciamꝰ ad eiꝰ
laudem ⁊ glīam. ibi. Si quis lo. q̄. ſer dei
ſi q̄s. imi. tā. ex ver. Primo ergo horta
tur ad prudētiā poſſidēdā vt ꝑ ipam pre
paremur ad tanti hoſpitis ſuſceptōneꝫ
ꝓuer. xiiij. Acceptus eſt regi miniſter in
telligēs. C. Sex āt prudēter intelli-
gere debemꝰ. Primo ſi intellexerimꝰ
vt prudētes ꝙ ſpūſſanctus ē vita viuen-
tium iuxta illud. ps. Emitte ſpūm tuum
et creabunt̄. Et nō habitat in corde ſub.
pecca. qꝛ occidūt ani. Mundabimꝰ cor-
pora noſtra a peccatis vt acceptet habi-
tare nobiſcum. ij. cor. xij. Mūdemꝰ nos
ab omī inqna. car. ⁊ ſpūſ. Figura. colum
ba emiſſa a noe nō inueniens vbi requi
eſceret ad eū rediȷt. gen. viij. Nō eni vo-
luit ſup corpa mortuoꝝ requieſcere. ſed
coruꝰ ibi requieuit. Sic ſpūſſanctuſ miſ
ſus a deo patre ad eū redit. ſi nō inuenit
vbi requieſcat. Sup hoīes enī mortuos
in peccatiſ nullo mō reqeſcit qꝛ ibi coruꝰ
i. dyabolꝰ requieſcit. Duo aūt ꝯtraria